







D. Christophori Pezelii

# PRÆCEPTA GENETHLIACA,

SIVE

## DE PROGNOSTICANDIS HOMINVM NATIVITATIBVS COMMENTARIVS

eruditissimus,

*In quo non solum Astrologiæ Præcepta & certa istius fundamenta demonstrantur, verum etiam varii casus, historiæ, euentus & exempla lepidissima proponuntur.*

OMNIBVS ET SINGVLIS, CVIVSCVNque facultatis Studiosis lectu iucundus & scitu necessarius.

*FRANCOFORTI,*
Typis Wolfgangi Richteri, impensis Iohan. Theobaldi Schonvvetteri & Cunradi Meulii, consortum. M. DC. VII.

Scipionis Admirati

# ADMODVM REVEREN-DO, NOBILI ET CLARISSIMO VIRO, DOMINO GEORGIO AB ERSTENBERG, I.V.L. Collegiatarum Ecclesiarum, SS. Martini, Donati & Nazurii Mockstadii Præposito, S. Leonhardi Francoforti Decano, S. Bartolomæi ibidem Scholastico, SS. Petri & Alexandri Aschaffenburgi Canonico & Protonotario Apostolico, Domino & Patrono suo obseruandissimo.

S. P.

*ETSI maioribus negotiis hoc tempore districtus, vir admodum reuerende, vix satis otij ad res præclariores curandas habeam, in hisce tamen studium meum & operam haud inutiliter conteri posse omnino arbitrabar, si inter reliqua officinæ meæ & ICorum & clarißimorum virorum augusta volumina eius generis etiam opuscula fulgerent, quæ non solum ad rudiorum ingenia informãdum, verum etiam ad Magnatum molestias demulcendum essent accommodata. Cum itaque non omnia in vitæ humanæ fragili cursu rastris, verum etiam astris (quod dici solet) regi perspectum habeam, opusculum hoc genealogicum omnibus innotescere visum est: neque enim parum hæc doctrina vtilitatis afferre solet: cum & de hominis vitæ cursu agat, quonamque pacto animi, qui in pri-*

*mis naturam habent nouercã dirigendi, & naturales perturbationes cohibendæ sint, ostendat, earumque vim & naturam explicet. Itaque sit aliarum rerum & disciplinarum cognitio vtilis, sit iucunda & suauis, sit laudabilis atque honorifica, huius tamen ita est necessaria, vt carere ea nemo possit, ni aliqua moderatio & non aliqua superstitiosa affectio in illa adhibeatur. Quamobrem ea, quæ à Christiano zelo sunt aliena, aut ethnico veneno tincta, aut quæ demum nostris seculis non sunt assueta, rectius silentio subiacere æstimabam. Persecuti autẽ sumus ea, quæ tam doctiorum, quam huic disciplinæ incumbentium ingeniis plurimum emolumenti ferre posse putauimus. Vt enim nunc alia latere patiamur, quæ de disciplinæ huius vtilitate, & vere, & sine tædio adferri possent; quis vt momenti aut nullius pene illud contemnet, quod in omnes vitæ humanæ partes sese longe lateque profert atque extendit: vt qui naturæ dissidio pene ab omni bono se abhorrere norũt, eo melius aduersis inclinationib. naturalib. reluctẽtur. Hisce n. notitiis imbuti rerum, de quibus agitur, rationẽ habere, tempus spectare, personarumq; qualitates tanto expeditius ponderare, & cuiusque animi inclinationem, quasi in alta specula constituti, probe cognitam habere possunt. Sed cõmoditates huius artis hic ordine recensere non opus esse confido, cum penes cuiusque rectæ sentientis iudicium sint positæ.*

*Tuo autem nomini, vir clarissime, hunc libellum inscribere cur ausus sim quæris? Partim erga me benemerita tua impulerunt; partim vt R. T. obseruantiæ symbolũ à me in perpetuum extaret. Non enim, lucri tantum spe illectus, in homi-*

*num prodire oculos volui: noui etenim longe maiora & præstantiora ea esse oportere, quæ tanti nominis tantæque autoritatis viro inscribenda & nuncupanda erant. Veruntamen quo minus illud, quod facio, facere dubitarem, fuerunt, quæ me mouebant, plurima. Reu. enim T. ingenium diuersarum rerum desiderio flagrare non me latebat.*

*Boni ergo institutum meũ, vir admodum honorande, consulas, etiam atq; etiam rogo: vbi enim contenta in præsenti opusculo probe cognita habueris, minime improbari posse eadẽ autumo. Post hac autem Sophoclæum aliquid & R. T. magis dignum à me expectari volo, modo per temporis incommoditatem aut negotiorum meorum cumulum mihi facere id licuerit. Vt autem hoc præsens, qualecunque sit, obseruantiæ symbolum & bene erga me meritorum ἀντίδωρον hilari, quâ potes, fronte accipias, peramenter obtestor. Id quod superest, Deum ter Opt. Maximum submisse rogo, vt R. D. tuam in subsequens tempus longe incolumen conseruet ac tueatur. Francoforti, ipsis Calendis Aprilis Anno supra millesimum sexcentesimum septimo.*

R. N. T.

Addictissimus

Iohan. Theobaldus Schönwetter/
Bibliopola Francofurtanus.

AD

# AD LECTOREM.

ALexander Magnus, beniuole Lector, Homeri poëmata in tanta existimatione habuit, vt ista, quocunq; tandem pedem moueret, in sinu q. circumferret, noctu v. tamquã comitem assiduum, puluinari suo substerneret. Quod sane facinus præclarissimũ ambabus, vt aiunt, manibus, ad cœlũ vsq; attollerem, nisi homulli quidam (Rempub. litterariam male tractantes) nescio ex quo latibulo prorumpentes, hocce meo Elogio, veluti crabrones, irritarem. Ast parum illos moror, feriant, clamitent, &, stulte tantum Monarcham fecisse garriant pro lubitu, nos contra summis laudibus factum istud celebremus. Nam tum demũ Respublicas beatas fore, Plato autumat, vbi aut Principes ipsi, litteris edocti, regnauerint, aut Philosophorum regulis ac præceptis sese regi passuri sint. Intueantur nunc secula priora, & cum nostro hoc præsenti tempore conferantur: necessum certe habebimus, ad rauim vsque exclamare: *ô tempora, ô mores: Omnia in peius ruunt.* Olim artes liberales, earundemve cultores, magni æstimabantur, & apud Magnates primas obtinebant. Causam rogitas? Ipsi Principes Musarum castra sequebãtur, strenue in iisdem militabant, & perfecta absolutaque militia, h. e. relicta amara virtutis radice, vestem togatam induebant: dulcissimis virtutum fructibus vescebantur: ac cognito demum artium liberalium dulcore, ad admirationem eruditorum rapiebantur. Verum quis honor virorum doctorum hodiernus? quæ amplius Musarum cura? Passim frigent, vbiuis illas, illarumq; Professores exulare videmus: cuiuis sordent: ac nimis verum quod Poëta quodam in loco dixit: *Heu male nunc artes miseras hæc secula tractant, spes nulla vlterior; Auri sacra fames* apud omnes, cui pleriq; inhiant, & quod deplorandum, quosvis exoculauit: Quod si nõ esset, plures ad Nobilissimũ discendi studium accenderentur, Philomusisque hospitium præberent liberalius.

lius. Aristoteles, propter descriptam naturam animalium, talenta octingenta ab Alexandro nostro M. reportauit: Hodie Doctorum labores, & in adiuuanda Republica Litteraria conanima saluberrima, nauci æstimantur. Hodie Litteratorum cohors; stipem colligendo, castra Lazarina sequitur: &, vt breuiter exponam quæ mentis meæ sit sententia, *in quanto honoris culmine artes liberales olim habitæ fuerunt: in tanto miseriarum statu turbulento, hodie, miseræ versantur.* Nec est necessum, vt, ad stabiliendam hancce meam opinionem, exempla multa introducam: ipsa siquidem experientia mihi adstipulatur, huiusque rei testimonium præbet luculentissimum, nullam nimirum eruditionem, nullam virorum doctorum ęstimationem peruerso hoc nostro seculo vigere amplius. Quid faciundum itaque? Negligendæ iccirco Musæ Nouenæ? Neutiquam: *Vulgo,* vt erudite quodam in loco Plutarchus monuit, *placere: Sapientibus est displicere*, & Musas aspernetur, quisquis vitam beluinam amplecti volet. Tolle namque omnigenæ virtutis seminaria, & barbariem pleno passu ingredi videbis: Tolle litteras, & nullam politiam sartam ac tectam cõseruabis: Sed omnia, inverso ordine, procedent. Summis ergo viribus viri Principes & alii Magistratus eniti debent, vt Scholas, veluti Ecclesiæ ac Reipub. seminaria, non solummodo erigant, sed & tueantur. Ludouicum vndecimum Regem Galliæ ferunt Medico suo (Cotterio nomine) decem aureorum millia, menstrui stipendii loco, persoluisse. Quæ istâc liberali liberalitate munificentia munificentior? ô Regem laudatissimum, ô seculum fœlicissimum, ô Medicum demum fortunatissimum! Tum, tum, artes floruere: tum, tum viri eruditi ad suscipiendos, Reipub. litterariæ, labores quosuis, extitere promtissimi: tum denique aperta Musarum seu Gratiarum theca & omnis generis doctrina euolauit, quæ hodiernâ quidem luce apud nostrates reseruatur, sed mirum, imo miserum, in modum agitatur.

Perpendat enim quispiam, ac ad vnguem examinet doctrina-

ctrinarum ſtudia omnia, & iſta omnibus ſordêre, palàm deprehendet: id quod dilucidiſſimis exemplis probare conarer, ni breuitati ſtudendum cenſerem. Vnam tamen (vt ſcopum attingam) Aſtronomię acceptam cladem præterire nequeo. Hæc namq; ab imperitis quibusdam Oſoribus, non ſaltèm incertitudinis, verum etiam mendacii arguitur, nullo prorſus adhibito iudicio, quo verum à falſo, & vice verſa, discernatur, nec cōſiderantes commendationes artis huius prę-ſtantiſſimas, nec deniq; quod nobiliſſima hac arte, vt & reliquis, carere nō poſſimus. Hanc ob cauſam (vt Plato in Timæo aſſeuerat) *Oculi hominibus dati ſunt, vt ſideribus, & certiſſimis ſiderum motibus conſpectis, duces eſſent ad veram Dei agnitionem.* Qua certè inſigni vtilitate perſpecta, non tam præpoſterè de arte hac præſtantiſſima iudicandum. Imo recte & prudenter agunt ii, qui, neglectis ſeu poſthabitis Momorum Zoilorumue Mathematicorum ronchis, ad illuſtrandam hanc artem ſe accingunt. Inter quos cum idem tentare ſtudeat vir clariſſimus, Ioannes Rodolphus Camerarius, Phyſicus Eslingēſis excellentiſſimus, qui conſcripſit horarum natalium centuriam non contemnendam, & præcepta Pezelii Genethliaca, prelo ſubiicienda, beniuole mihi antehac transmiſit, laborem hunc cum vtilitate coniunctum ſubterfugere non potui nec debui; imprimis cum Reipubl. litterariæ me totum obſtrictum ſentiam. Tu hisce fruere & vale.

D. CHRI-

# D. D. CHRISTOPH. PEZELII IN PRÆCEPTA DOCTRINÆ GENETHLIACÆ PROOEMIVM.

CVM facilimus thema cœli erigendi modus ex Ephemeridibus illisq; tabulis præfixis, quæ tabulæ domorum dicuntur, ab optimis huius seculi Mathematicis petatur. difficilimus autem & exquisitissimus ex tabulis directionum Regimontani; placuit, cum mens sit breuiter & succincte, perspicue tamen omnia tradere, prolegomeni loco, antequam ad ipsam doctrinā descendamus, Ephemeridum explicationem proponere, sine earum autem cognitione, siquidē quæ potissimum in thematib. significationem habent, deprehendi non possunt. Ac nunc ab Ephemeridum definitione definimus eas Canones; qui continent motus seu positus diurnos Planetarum in Zodiaco secundum longitudinem & latitudinem quolibet anno, die & mense, nec non erraticarum configurationes, coniunctiones & aspectus inter se computatos ex tabulis motuum æqualium, iuxta secundorū mobilium doctrinam. Latini vocant Diaria (propterea quod dies ex illis omnibus dictis constet) Distribuuntur hæ omnes in indicem & tabellas menstruas, vel in tres principaliter pagellas, quibus recte cognitis, in reliquis ob similitudinem nulla remanet difficultas.

Index seu facies prima continet quasdam generales terminos, quos principaliter ex computo Ecclesiastico discimus, ad Calendarii constitutionem pertinentes. Primo anni distributio in communem & bisextilem. Dehinc sequitur aureum numerum, Cyclum solarem, literam Dominicalem, indictionem Romanam, & interuallum inter natiuitatem Christi & quadragesimam, festa quoque mobilia. Deinde sequitur an Ecclipsis sit futura nec ne. Si futura, schema depingitur aut totale, aut

partiale cum medio,dimidio,duratione & digitis. Tertio initium & finis,retrogradationis ſingulorum Planetarum quinque.

### *DE SECVNDA FACIE.*

Facies ſecunda diſtinguitur in octo columnulas, quarum prior dies menſis propoſiti cum feſtis principalibus literaque Dominicali; Reliquæ vero loca luminarium,quinque Planetarum & ☊ ad meridiem cuiusque diei è regione annotata cõtinent. Addita eſt quoque columnula reſpondens Planetæ,eiusque ſignum in quo vertatur continens. Literæ ſupra characteres quinque Planetarum coloratæ oſtendunt, an Planeta ſit meridionalis,an ſeptentrionalis,an aſcendens,an vero deſcẽdens,qui,quotieſcunque in locis deſcendentibus mutantur, toties latitudinem aſcendentem vel deſcendentem mutari ſciendum eſt. Inueniuntur etiam in iis interdum in ipſis Planetarum columnulis quinq; Planetarum ſyllabæ,Re.& Di.'quarum iſta initiũ retrogradationis, hæc vero principium directionis indicat.Poſtremo latitudines quinque Planetarum ad diem 1. 11. & 21. quæ, quomodo ad reliquos intermedios dies applicandæ ſint,poſtea dicemus,nec eſt huius loci.

### *TERTIA FACIES.*

Tertia facies aſpectus ☽ ad ☉. quinque item Planetarum inter ſeſe continet.Et hęc in Ephemeridibus octo diſtinctas columnas habet.Prima dies menſis propoſiti;Secunda ☉ & ☽ ☌ & ☍.Tertia △ □ vel reliquos ad Solem aſpectus,☉ ad ☽ cum horis & minutis ,& ita ſequẽtibus quinque Planetis vltima coniunctiones ſeu in genere aſpectus ipſorum Planetarum inter ſeſe,coniunctionem ☽ cum ☊ & ☋. Tandem quoq; peculiare Planetas à Sole indicat, quando vero orientales & occidentales ſunt,propoſitis ſyllabis Or.& Occ.quarum Or.ortum, & Occ. occaſum ſignificat.Eſt & hic probe obſeruandũ de numeris & tempore,quo coniunctiones & aſpectus incidunt,vt oſtẽdamus,eos non eſſe ad dies vſuales accommodatos: ſed ad reformatũ naturalem Aſtronomicorum diẽ, qui 24.continuas horas continet.Vnde manat interdum,qui ponitur ad diem reliquũ iuxta noſtrum horologium,ſequẽti vires ſuas die exercere. Vnde errare ſolemus,ſi de conſtitutione aeris ex Ephemeridib. conſtituere volumus.Quando autem Aſtrologi diem inchoant, cum ex Sphæricis conſtet,hic ſignificare ſuperſedeo, tantũ tabellam horarum vſualiũ & Aſtrologicarum comparationem cõtinentem proponam,quæ ſic eſt,

| | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| c | 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 | 11 | 12 | 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 | 11 | 12 |
| 0 | 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 | 11 | 12 | 13 | 14 | 15 | 16 | 17 | 18 | 19 | 20 | 21 | 22 | 23 | 24 |

Nunc

Nunc ad ea, quæ ad thematis cœli directionem spectare videntur, progrediemur.

## CAPVT I.

### *De conuersione temporis vsualis in Astronomicum.*

Tsi ex superioribus satis constet, quomodo horæ vsuales horis Astronomicis respondeāt, tamen ne error in natiuitatibus committatur, placet cōuersionis addere modum. Oblato itaque aliquo themate natiuitatis, diligenter inspice, an illa natiuitas sit facta ante vel post mediam noctem. Si ante mediam noctem, vel vt alias loquūtur Astronomi, post meridiem facta est, conuersione non est opus, quia diem inchoāt à duodecima. Si post mediam noctem tempus vsuale in Astronomicum hoc modo conuertatur: ad horas datas à media nocte elapsas, adde 12. & integrum diem à dierum numero proposito abiice propter duodecim horas additas, & habebis tempus Astronomicum. Aut ad datas horas post mediam noctē adde à datis diebus diem subtractum integrum, i.e. horas 24. abiectis horis 12. & habebis conuersum vsuale in Astronomicum. Quod si accidat natiuitas inter horā 12. & 1. tum enim hora nulla est numeranda, sume h. o. & 25′. aut quot placuerint minutula, & habebis quęsitum. Exempli gratia: Nascitur quispiam anno 1573. die 4. Aprilis, hora 4. matutina 25′. Hoc tempus cum sit post mediam noctem, conuertendū est: ad horas 4. adde 12. & habebis h. 16. 25′. & à dierum numero diem subtrahe, dicens: Natiuitatem esse factam 3. Aprilis, h. 16. 25. P. M. aut adde ad 4. 24. & proueniunt 28. abiectis ab his 12. remanebunt vt antea h. 16. 25′.

2. Conuersionem sequitur reductio, quæ à Mathematicis ob diuersos meridianos est excogitata: eæ enim, quibus nunc vtimur Ephemerides, sunt ad meridianum Antuerpiensem supputatæ, quæ ad nostræ genituræ locum sunt reducendæ, & ad alios omnes locos, à quibus nobis natiuitas offertur, modo sequenti. I. Vtriusque loci tam tui, quam illius ad quem effectæ sunt Ephemeridum tabulæ, longitudinem, ex Cosmographia Appiani, aut alio quouis probato authore, eorumque distantiā, longitudinem minorem à maiori subducendo inuestiga.

II. Emergentē differentiam distantiæ in tempus multiplicando numerum graduum & minutorum per 4. hoc est, sumes pro singulis gradibus 4. minuta horæ, & pro singulis minutis quindecim differentiæ 1. minutum horæ.

III. Inuentam hanc differētiam in tempus cōmutatam tēpori adiunge Astronomico, meridiano tuo accidentaliori existente, subtrahe eodē

orientaliori exiſtẽte, & habebis ad tuum meridianum Ephemerides accommodatas. Hoc eſt, ſi loci tui lõgitudo fuerit maior, ſubtrahatur, addatur ſi minor extiterit. Exempli gratia:

Naſcitur quiſpiam anno 1573. 4. Aprilis, h. 16. 26′. p. m.

| | | |
|---|---|---|
| Longitudo Antuerpienſ. eſt | 20°. | 16′. |
| Longitudo Mintzenperg. eſt | 25. | 39. |
| Differentia | 5° | 23′ |
| | 4. | 4 |
| | 20 | 92″ |
| | ′ 1 | 60 ″ |
| | 21′ | 32″. S. |

Hanc differentiam ſubtraho, cum locus meus ſit orientalior, à tempore dato, & tunc tempus conuerſum & reductum pronuntio.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Naſcitur | h. 16. | 25′. | 60. | p. m. |
| | | 21. | 32. | S. |
| Naſcirur 3. April. | h. 16. | 3′. | 28″. | p. m. |

Nota, ſi numerus minutorum differentiæ multiplicatorum 60. exceſſerit, abiiciẽdum eſſe 60. toties, quoties poſſunt, & pro 60. abiectis ſecundis, vnum minutum primum præcedentibus addendum. Reſiduo pro ſecundis conſeruato; vt ex priori exemplo patet.

## CAPVT II.

### *De Aequatione.*

Equationem quoq; temporis neceſſariam exiſtimant Aſtronomi, tam in themate reuolutionis, quam in radicis, eamque perficiunt breuiter modo ſequẽti. Ad datum natiuitatis annũ, menſem & diem cõuerſum quęrunt ex Ephemeridibus locum Solis, id eſt, ſignum & gradum, quẽ ad datum diem ☉ motu diurno occupat, ingredientes cum inuento ſigno & gradu tabulam æquationum propoſitam in Ephemeridibus pag. 57. & 58. inquirendo ſignum Solis in fronte tabulæ, illius vero gradum in latere ſiniſtro deſcendendo: quibus angulus communis in area ad gradum & ſignum æquationem aut addendam aut ſubtrahendam, pro diuerſitate præfixarum literarum, quibus contrarium eſt agẽdum propter orientalem noſtrum meridianum illo occidentali exiſtẽte, id eſt, addendam, ſi S litera fuerit præfixa, ſubtrahendam ſi A, oſtendit. Exempli gratia: ☉ in propoſita genitura eſt ad diem 3. iuxta tempus conuerſum in

22°.56′.♈.cum hoc inuẽto ſigno ingredior tabulam æquationis, vbi angulus reſpondens exhibet 5′. 52″.à tempore conuerſo ſubtrahendo hoc modo.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Tempus reduct.eſt Annus 1573. | dies 3. April. | h. 16. 3′. 28″.p.m. | |
| Æquatio temporis | | 5. 52.S. | |
| Tempus reduct.& æquat. 1573. | 3.April. | 15.57.36.p.m. | |

*Cautela.*

Quod ſubtrahere forſan non poſſis minuta ſecunda à ſecundis, muta primum minutum in 60″.& poſtea ſubtrahe, ſi prima quoque à primis, horam muta in 60′.& habebis quæſitum. Exempli cauſa: Sit aliquis natus Anno 1572. die 23. April.hora 4. 21′. 60″. Angulus æquationis exhibeat mihi 32′.16″.quæ ſubtrahere à ſuperiori numero non poſſum, operare iuxta regulam hoc modo: 16.à 60,remanent 44.32′. à 20. non poſſum,addo 60.fiunt 80. à quibus ſubtrahe, & erunt 48. Tempus æquatum erit dies 23.hora 3. 48′. 44″. p.m.

## CAPVT III.

### *De vero motu Planetarum iuxta Arithmeticam vulgarem inueniendam.*

POſt reductionem & ęquationem temporis omnium eſt maximum, maximeque neceſſarium, vt verus motus Planetarũ inquirantur, ſine eo enim thema cœli perfectum eſſe non poteſt. Primo igitur quæratur motus in Ephemeridibus ad datum annum, menſem & diem, isque à diei ſequentis motu ſubtrahatur, ſi omnes Planetæ ſunt directi: aut ſuperior numerus ab inferiore ſubtrahatur, cuiuſcunque diei, ſi Retrogradi, hoc modo:

| An.1573. Apr. | ☉ | ♈ | ☽ | ♉ | ♄ | ♏ ℞ | ♃ | ♉ | ♂ | ♉ | ♀ | ♓ | ☿ | ♈ | ☊ | ♋ |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Dies ſeq. 4. | 23 | 55 | 26 | 2 | 26 | 37 | 8 | 0 | 6 | 59 | 25 | 52 | 14 | 47 | 8 | 11 |
| Dies datus 3. | 22 | 56 | 11 | 35 | 26 | 40 | 7 | 46 | 6 | 15 | 24 | 39 | 12 | 54 | 8 | 14 |
| Mot⁹ diurn⁹. | | 59′ | 14° | 27′ | | 3′ | | 14′ | | 44′ | 1° | 13′ | 1° | 53′ | | 3′ |

Alii tamen vt Appianus in dictatis publicis docet, nihil intereſſe ſiue ſuperior ab inferiore, ſiue inferior à ſuperiore ſubtrahatur pro commoditate. Diligenter autem obſerua retrogradationem Planetæ, vt illius, tamen ſi fuerit, motum ſuperiorem ab inferiori auferas, quod ex ſub tractione prouenerit, erit motus diurnus Planetæ. II. Per hoc reſiduũ partem quære proportionalem, horis & minutis à meridie elapſis exacte reſpondentem, addendã motui tui diei aſſcripto, ſi Planeta directus fuerit,

id eſt, ſi motus ſequentis diei creuerit, ſi non in gradibus, ſaltem in minutis: Auferendam, ſi retrogradus fuerit, id eſt, ſi motus ad ſequẽtem annotatus decreuerit, vel vt in Planetis ſuperioribus, præſertim ♄ poſt aliquot dies aliquis index vel ſyllaba Re: de qua ſupra, oſtẽdet & proueniet verus locus tuo tempori reſpondens. Quęritur vero pars proportionalis per regulam Detri, ponendo integrum diem, id eſt, 24. horas primo loco, motum Planetæ diurnum ſecũdo: tertio loco horas & minuta temporis natiuitatis, & habebis verum motum operatione facta. Exemplo res erit illuſtrior. Volo inquirere ex Ephemeridibus Stadii omnium Planetarum motus ad diem 3. April. anni 1573. hor. 16. 3′. 28″. p. m. Hoc tempus datum non exacte in meridiem incidit, quod ſi inciderit extra ſcribo, motumque propoſitũ reſeruo. Motum hunc diei 3. immediate à motu propoſito in Ephemeridibus diei quarti ſubtraho, & iuxta regulam Detri & regulas datas ago, hoc modo: Sol ad datum diem 3. motu diurno confecit 59′. Volo habere datum tempus: Dico, h. 24. dant 59′. quid dabunt h. 16. 3′. Medium per vltimum multiplico, dicens: 6. nouena dant 54. ſubſcribo 4. reſeruatis in mente 5. ſexies quinque ſunt 30. additis 5. ſunt 35. Primum emergens, nouem ſunt nouem, quinario ſubiicio, ſemel 5. ſunt 5. ternario ſubſcribo, quibus additis proueniunt 944. His tria adde minuta, & habebis 947. quæ diuiſa per 24. dant partem proportionalem 39′. & 11″, quæ addo ad data minuta diei tertii 56′, & proueniunt 23°. 35′, 11″. & verum locum ☉ ad tempus datum monſtrant.

Sequitur calculus. Scrupula dierum 40′. 8″. 40‴.

H. 24. 59′.—h. 16.—3′
16
354
59
944
3
947

Locus ☉ inuentus ad diem 3. Aprilis eſt:
22°. 56′. ♈
pp. 39. 11″. A.
Ver. locus 23. 35. 11. ☉ ad tempus natiuitatis.

(division: 947 / 24 = 39; remainder 11)

Phyſicè ſiue logiſtice inuenitur.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| Locus datus | 22° | 56′ | | | |
| pp. | | 39 | 28″ | 31‴ | |
| Verus locus ☉ | 23 | 35 | 28 | 31. | ♈ |

PRO ☽

Motus Lunarius diurnus inuẽtus est 14° 27′. quæro PP. hoc modo: H. 24 dant 14° 27′. quid h. 16. 3′ &c.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| 16 | | Locus ☽ inuentus | 11° | 35′ | ♉ |
| 84. | 1 | pp. | 10 | 11 | A. |
| 147 | 231 | Verus locus ☽ | 21 | 46 | ♉ |
| 2 | 244 (10 A. PP. | | | | |
| 251 | 2 | | | | |

Logisticè 21°. 15′. 5″. 14.‴. 40⁗. ♉

---

PRO ♄

Diurnus eius motus est 3′. h. 24.—3′. quid h. 16. &c.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| Locus ♄ 26° 40′ ♏. | | 16 | 48 (2′ | Subtrahenda, quia est retrogradus. |
| pp. | 2 5. | 48 | 24 | |

Verus locus ♄ 26 38 ♏ ℞.

Logisticus motus est 26° 37′. 59″. 34‴.

---

PRO ♃.

Motus diurnus est 14′ h. 24.—14—h. 16—3′.

| | | | |
|---|---|---|---|
| | | 16 | |
| Locus inuentus 7° 46′. ♉ | | 84 | 1 |
| pp. | 9 11 A | 143 | 41 |
| Verus locus ♃ 7 55. 11 ♉ | | 227 | 222 (9′ 11″. A. |
| | | | 24 |

Logisticus locus est 7°. 55′. 22″. 1‴. 20⁗. ♉.

---

PRO ♂.

Motus diurnus est ′44. h. 24.—44′—h. 16. &c.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Locus inuentus 6°. 15′. ♉ | | 16 | 24 |
| pp. | 29 8″ A. | 264 | 22 (8 |
| Verus locus ♂ 6. 44. 8. ♉ | | 44 | 204 |
| | | 704 | 244 (29′ 8″ pp. A. |
| | | | 2 |

Locus logisticus 6° 44′. 26″. 1‴. 20⁗. ♉.

---

Pro

PRO ♀

Motus diurnus 1°. 13′. h. 24—1°—13′—h. 16.—3′.
id est, 60

Loc. inuent. 24° 39′ ♓ 16 41
pp. 40 13 A. 360 973
Verus locus ♀ 25 19 13. 60 244 (40′. 13″. pp. A.
960 2
13
973

Logisticus locus est 25°. 27′. 50″. 32‴. 40⁗. ♓

PRO ☿.

Motus diurnus 1°. 53′. h. 24.—60′—53′—h. 16. &c.
Locus inuent. 12° 54′ ♈ 16 4
pp. 42 5. A. 360 285
Verus locus ☿ 13. 36. 5. 653 1013
1013 244 (42′. 5″. pp. A.
2

Logist. 14° 19′ 36″ 19‴ 20⁗. ♈.

Pro vero loco ☊.
Motus diurnus 3′

H. 24—3′—16.
16
48 Verus locus 8°. 12′. 39″. ♋
48 (1′. S.
24 Logist. 8°. 11′. 59″. 34‴. 15⁗. ♋

Quod si forsan subtrahere non poteris, adde ad positos gradus totum signum, hoc est, 30 gradus, & postea inferioribus à superioribus subtractis, offeret se quod quæris. ☋ & ☊ motus nõ aliter, quam Planetæ retrogradi motus inquirendus est.

Hæc de facilimo motus Planetarum inueniendos modo dicta sufficiant, alium adhuc addũt magis accuratum ex Canone sexagenarum, quã obiter ostendimus: nunc addẽtes breuiter alterius adhuc præcepta, quo pro libitu quilibet vti poterit. Cum dato dierum numero ingredere Ephemerides anni & mensis dati, & momentum Planetæ transscribe ad propositum & sequentem diem, vt supra quoque paulo ante ostensum, minorem à maiori subtrahendo, & residuum motum diurnum Planetæ osten-

ostendet. Per hoc residuum quæro P.P. meis horis & minutis exacte respondentem, addendam motui tui diei è regione ascripto, si Planeta directus fuerit, si ℞ auferendam, & proueniet locus verus datus tempori respondens. Exempli gratia: Nascitur quispiam anno 1573. 3. April. h. 16. 3'. 28". P.M. tempus reductum & ęquatū est, vt supra. Verus diurnus motus Solis est 59'. quę in regulam Detri collocato hoc modo, 24. h. dant 59'. quid dant h. 16. 3'. Vbi dies est in 24. horas primo loco positas resolutus. Hos numeros horarum ad minimam denominationem redigo per sexagenariam multiplicationem hoc modo: 24. per 60. multiplico & proueniunt 1440'. ponenda medio loco, quæ per 16. multiplicata producunt 23040. hunc emergentem numerum diuido per 24. iuxta regulam Detri nobis præscriptam, & erit productū 960. quibus addo 3. minuta tempori addita & habeo 963. pars proportionabilis 16 & 3'. respondens.

His nunc inuentis iuxta regulam sic dico, 1440'. dant 59'. quid dabunt 963'. hæc per 59'. multiplicata producunt 56817. diuidenda per 1440. illis diuisis, emergens numerus seu residuum est 39'. quæ ad minuta loco dato adhærētia addo; & si numerus 60'. excesserit, abiicio vnum, addendo pro 60'. ad gradus antecedentes vnum gradum, & habebo quæsitum.

Cum igitur videam nihil esse diuersum hunc modum ab alio tradito, nolo in reliquis Planetarum motibus inquirendis tempus consumere, nisi placeat illum quoque motum per canonem sexagenarum inquirere: quod tamē propter breuitatem temporis facere displicet, ad alia propero.

Sunt igitur vera loca Planetarum ad tempus reductum & ęquatum sic inuenta.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| ☉ | 23° | 35' | 14" | ♈ | |
| ☽ | 21 | 11 | 33 | ♉ | |
| ♄ | 26 | 39 | 0 | ♏ | ℞ |
| ♃ | 7 | 55 | 18 | ♉ | |
| ♂ | 6 | 44 | 15 | ♉ | |
| ♀ | 25 | 27 | 32 | ♓ | |
| ☿ | 14 | 9 | 8 | ♈ | |
| ☊ | 8 | 12 | 0 | ♋ | |

Atque hæc nunc breuiter de cōuersione, reductiōne, æquatione, & vero Planetarū & ☊ motu dicta sufficiant. Nunc de domiciliis 12. ad propositum tempus cōstituendis, quæ ad motum primi mobilis respiciunt, pauca adiungemus.

## CAPVT IV.

### *De figuris cœli seu domibus.*

PAVLATIM ab inferioribus ad superiora, hoc est, ab horis, mensibus & anno, ad secundorum mobilium doctrinam peruenimus: illorum nunc calculo perfecto, ratione quoque primi mobilis, id est, rationem æquandi domos seu spatia cœli constituenda, & quomodo distribuenda sint, adiiciemus. Etsi autem discrepantes sint Astronomorum in distribuendis 12. domiciliis sententiæ: Quidam enim illorum partes alias faciunt, vt Alcabitius quidem sex circulos ducit per polos mundi, in quibus cœlum quotidie spatio 24. horarum inenarrabili celeritate reuolutum potissima causa est domiciliorum 12. Sed cum non videam, quomodo in sphæra obliqua hæc ratio vsum verum habere possit, eam non admodum laudandam censeo: alii rursus sectionem sex circulorum non per polos mundi, sed puncta Horizontis & meridiani vt Cāpanus & Gazalus, qui in distinctione domiciliorum cœli imaginantur circulum verticalem interceptum inter meridianum & Horizontem: deinde per partes sectionum circuli verticalis ac per communes sectiones meridiani & Horizontis, imaginantur quatuor circulos positionum, qui cum meridiano & Horizonte diuidunt cœlum in 12. spatia æqualia, idque ratione circuli verticalis, non ratione æquinoctialis aut signiferi. Contra Regiomontanus probl. 14. Tabularum directionum hanc tanquam à mentibus Philosophorum & antiquorum alienam, cum futilis sit, reiicit, aliam tradens eo in loco cœli distributionem non omnino diffidentem à duobus antecedentibus, sed tanquam mediam, vt ipse docet, optimam tamē & certissimā vix à Ptolomæi mente disceptantem. Nam ii circulum verticalem, sed ipse æquatorem in quatuor partes æquales diuidit. Harum quamlibet rursus trifariam æqualiterque secat, ac per sectionum puncta ducit circulos positionum, qui in sectionibus Horizontis & meridiani concurrentes totum cœlum diuidunt in 12. domos. Hanc nunc distributionem vocant rationalem. Non tamen adhuc defuerunt, qui inter duos illos priores hunc modum medium proxime ad Ptolomæi sententiam accedentem oppugnauerint, proponentes illi modum æqualem, distribuendo domicilia iuxta æquales diuisiones Zodiaci, dicentes absq; pudore, æquales domos maxime cum verbis Ptolomæi congruere: sed cum firmis rationibus id demonstrare non valuerint, nec probauerint, eos inter mortuos censemus, & conuincimus Cypriani doctissimi Mathematici verbis, qui impudentiā illorum refutans affirmauit, se aliquādiu &

diu & longo tempore vsum, sed sæpissime ob debilitatē & obscuritatē in iudicio natiuitatum deceptum: non quod ipse cognitionem iudicii non habuerit. Nos igitur modis omnibus reliquis omissis, vtpote infirmis & Ptolomæi menti repugnantibus, simpliciter modo Regiomontani erimus contenti, atque iuxta eum omniū euentuum in natiuitatibus causas examinabimus.

## CAPVT V.

### *De distributione domorum cœli.*

EX antecedentibus facile sibi quilibet cōstituere & formare potest realem domus definitionem. Itaque ad distributionem accedentes dicimus, 12. domos cœli diuidi in cardines seu angulos, succedentes & cadentes: seu anguli sunt 1.4.7.10. Græcè κέντρα. Sunt autem 1. & 10. præstantissima, 7. & 4. reliquis præstantiora, quia magis Planetæ in his collocati vires suas exercent. Succedentes dicuntur, qui his proxime succedūt; ex quatuor plagis mundi, videlicet 2.5.8.11. Cadentes ab angulis sunt angulos seu cardines præcedentes, vt 3.6.9.12. Vocantur abiecta cœli loca, Græcè ἀποκλίματα, id est, declinantes, quod in iis constituti Planetæ sint imbecilles. 2. Diuiduntur in 4. quartas. Primam dicunt habere 12.11 & 10. domus, eamque faciunt orientalem ascendentem, sanguineam, vernam. Secundam 9.8. & 7. meridianam descendētem, iuuenilem, fœmininam, æstiualem, cholericā. Tertiam 6.5.4. occidentalē descendentem, virilem masculinam, melācholicam, autumnalem. Quartā ab imo cœli vsque ad Horoscopum 3.2.1. septentrionalē ascendentē senilem fœminā, phlegmaticam, hyemalem. 3. Diuiduntur in medietatem ascendentem & descendentem. Ascendens medietas est à 4. per primam ad 10. habens 3.2.1. 12.11.10. Dicitur etiam medietas orientalis. Descendens est à decima per septimam ad quartam, continens 9.8.7.6.5.4. Dicitur etiam medietas occidentalis: vnde eius domicilia occidentalia dicuntur. Hæc de diuisione quoque dicta sufficiant.

Antequam nunc ad significationes domorum cœli accedamus, proponam prius modum erigendi *a* thema cœli facilimum, ex tabulis latitudinum domorum Ephemeridibus præfixis, licet Methodus nos prius de significationibus domiciliorum agere postulet.

*a Thema erigere nihil aliud est, quam datum locum Solis & datam horam A. vel P. M. & certum situm stellarum fixarum in sphæra certa distributarum inquirere.*

# CAPVT VI.

## *De constituenda figura cœli ex tabulis domorum Ephemeridibus præfixis.*

VPRA cap.2.& 3.dictum est, ęquationem& reductionem ad veros Planetarum motus inueniendos esse necessariam,non autem ad thematis cœlestis cōstitutionem, quæ conuersionis saltem modum obseruat. Nos igitur hanc doctrinam negligentes, modum facillimum ex tabulis domorum, non tamen exquisitum,erigendi figuram cœli, constituendasque cuspides,tam medietatis ascendentis quam descendentis, trademus sequentibus regulis.

I. Tempus inspicio datum,videns an illud sit Astronomicum, an vero vsuale. Astronomicum,si post horam diei 12.natiuitas facta est: vsuale, si ante; conuerto vsuale in Astronomicum iuxta superiores traditas regulas,vt in nostra genitura;Natiuitas facta est hora 4.25′. A. M. ad datas igitur 4.addo 12.fiunt 16.& à dierum dato numero diem subtraho, & emergit tempus natiuitatis D.3.April.h.16.vt supra.

II. Ingredior tabulas domorum inquirens latitudinem ad meum locum accommodatam,quam si præcise non inuenero, sumo, si ad præcedentem proxime meæ latitudinis numerus accedat, aut si ad sequentem propior,sumo sequentem: vt dati loci,in quo facta genitura est 50°.40′. quam latitudinem ascriptam non inuenio, præcedunt autem tabulæ latitudinum accommodatæ ad eleuationem poli 48.& sequuntur 50.& quia 50.propius accedunt ad latitudinem loci geniture quam 48.ingredior latitudinis tabulam 50.graduum.

III. Ad diei conuersi meridiem,quæro locum Solis ex Ephemeridibus,eius gradus & minuta cum signo in angulo præcedente præfixo extra scribo,vt in nostra genitura ☉ ad diem 3.April.est m.22°.56′.♈

IV. Dati loci Solis signum quæro in fronte tabulæ,gradus autem loco Solis adhærentes in angulo cōmuni illius signi descendendo,seu sub titulo 10.domus; & latus sinistrum exhibet in eodē angulo,nempe à meridie tēpus cum horis & minutis, quæ extra scribo. Quod si tuū tempus præcise in meridiem inciderit,statim initia domorum sex versus dextrā deprehendes, nec quicquam amplius ex tabulis inuestigandum restabit.

### Nota

1. Signa in supera columnula posita non semper assumenda, sed id, quod in angulo ascendendo se obtulerit, si nullum, illud supra positum retinendum.

2. Si

2. Si forsan euenerit, vt signum in angulo 12. vel alterius domorum sese offerat, nullo gradu addito, retento signo, zyphram præpono, & habeo quæsitum.

V. Ad illud tempus adde horas & minuta tua à meridie elapsa; addẽs pro singulis tuis sex horis vnum ad minuta minutum: cœli enim reuolutio fit 24. horarum spatio & 4'. fere pro singulis quindecim minutis gradibus solis adhærentibus vnicum scrupulum. Nam 15'. æquatoris exoriuntur spatio vnius scrupuli temporis, & illis in vnam summam collectis habeo quæsitum.

VI. Si numerus minutorum 60. excesserit, abiectis 60. residuum minutorum loco reseruato: pro 60'. vna hora ad horarum numerum addatur. Quod si horarum quoque numerus vltra horas integri diei, id est 24. se extenderit, abiectis 24. residuum in tabula domorum tuæ latitudinis cum adhærentibus minutis quæratur sub titulo tempus à meridie è regione versus dextram, & offerent sese cuspides domorum sex orientalium 10. 11. 12. 1. 2. 3.

Cautela.

Si forsan euenerit, quod maxime fieri solet, vt tempus tuum non exacte inuenias (intellige minuta tui temporis, horas enim semper habebis) sume id, quod proxime ad eum accesserit, siue maius siue minus, vt supra de latitudine dictum, & habebis verum locum cuspidum: quibus cognitis oppositas versus occidentem describas necesse est, & habebis thema cœli ad datum diem & horam & minutum natiuitatis. Prima domus opposita est 7. 2. 8. & ita consequenter, vt ex signorum hoc positu vides.

♈ ♉ ♊ ♋ ♌ ♍ Exemplo res erit manifestior,
♎ ♏ ♐ ♑ ♒ ♓

| | | | |
|---|---|---|---|
| Nascitur quispiam anno | 1573. | D. 4. April. h. 4. 25'. A.M. | |
| Tempus conuersum | 1573. | D. 3. April. h. 16. 25. P.M. | |
| Latitudo loci est | 50°. | 40'. | |
| Locus ☉ ad diem 3. est | 22°. | 56'. | ♈ |
| Tempus à meridie | h. 1. | 21'. | |
| Tempus datum | h. 16. | 25. | |
| Pro singulis sex horis 1'. | | 2. | |
| Pro minut. loco ☉ adhær. | | 3. | |
| Tempus inuentum | 17. | 51. | |

Hoc tempus quære in tabula conuenienti, & inuenies sex domorum orientalium initia, quæ habent se modo adscripto: reliquæ sex tenent oppositum.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| X. | 28° | ♐ | IV. | 28°. | ♊ |
| XI. | 12 | ♑ | V. | 12. | ♋ |
| XII. | 4 | ♒ | VI. | 4. | ♌ |
| I. | 25 | ♓ | VII. | 25 | ♍ |
| II. | 19 | ♉ | VIII. | 19. | ♏ |
| III. | 13 | ♊ | IX. | 13. | ♐ |

Thema cœli ſic eſt:




## CAPVT VII.

*De modo rationali ex Tabulis Ioannis Regiomontani.*

CVM ex antecedentibus præceptis verus gradus & minutũ Eclypticæ aſcenſionis rectæ medii cœli & aſcenſionis obliquæ horoſcopi non exacte conſtet, iſque vere ſciri non poſſit; niſi figura iuxta modum à Regiomontano probl. 14. Tabularum Directionum deſcriptum erigatur, non inutile putauero, ſi & illum modum, licet difficilis ſit, adderemus. Ad illam figuram igitur cõſtituendam neceſſe eſt habere tempus cõuerſum (cum,

vt paulo ante dictum, alio non admodum opus habemus) eleuationemque poli ad locum datum, in quo facta est natiuitas, locum verum Solis ad datum tempus reductum & æquatum, cum illisque agendum iuxta modum sequentẽ. Per verum locum Solis inquiro eius ascensionem rectam, quæ nihil aliud est, quam arcus æquatoris, intra ♈ principium, & locum Solis in meridiano constituti, interceptus, in tabula ascensionum rectarum Regiomontani, fol. 50. inspiciendo signum in fronte, & gradus in sinistro latere descendendo: & angulus communis ascensionem rectã exhibebit: qua cum proximo numero exscripta, minoriq; à maiori subtracta, proueniet differentia, quæ in regula Detri in medium erit ponẽda, præfixis loco primo 60′, & vltimo loco minutis loco Solis adhærentibus, quibus multiplicatis & diuisis P P. in circulo sese exhibebit, ascensioni rectæ ad datum gradum semper addenda, minutis diuisioni remanentibus abiectis, quotquot etiam fuerint. Exempli gratia:

Nascitur quispiam anno 1573. die 3. April. h. 16. 25′. P.M. ☉ est in 23°. 35′. ♈ cum his gradibus ingredior tabulam ascensionum rectarum, & inuento signo & gradu, angulus communis offert 21°. 15′. quem cum proximo minori extra scribo, hoc modo:

| | | | |
|---|---|---|---|
| Gradus ☉ | 23° | 21° | 15′ |
| | 22 | 20 | 19 |
| | 1 | 0 | 56 |

60′ dant 56′. quid 35′.

35
280
168.
1960

34
1960
660 (32′ A.

Iam minori à maiore subducto, differentia est 1. gradus, quæ multiplico & diuido per regulam Detri modo ascripto, vltimo per medium multiplicato proueniunt 1960. quæ diuidenda sunt per primum, id est, 60. facta operatione, circulus exhibet P.P. 32′. addendã ascensioni rectæ ☉ ad datum tempus, abiectis remanẽtibus 40″. & habebis veram ascensionem rectam ☉.

Ascens. ℞ ☉ ad datum 23°. est 21°. 15′.
PP. addenda. 32.

Vera ascensio recta ☉ 21°. 47. ♈

Deinde inuestigetur quoq; ascensio recta tẽporis: quæ inuenietur, si datas tuæ natiuitatis horas multiplicaueris per 15. singulis enim horis quindecim æquatoris gradus ascribunt, minutis per 4. diuisis; cum singulis

gulis

gulis quatuor minutis vnius horæ, vnus gradus respondeat æquatoris, & facta operatione proueniet ascensio recta temporis. Cui addes p p. è diuisione prouenientem, & habebis quæsitum. Vt exempli gratia:

Tempus natiuitatis est 16. hora 25'. P. M.

```
  15
  80      1
  16      25 (6°.  1.tẽporis,i.e.15'.ęquatoris.
 ----
 240      4
   6
 ----
 246
```

| | | | |
|---|---|---|---|
| A R. temporis est | 246. | 15'. | |
| A R. ☉ ad datũ tempus | 21. | 47. | A. |
| A R. M. cœli est | 268. | 2'. | R |

Tertio huic tempori ascensionem addas rectam Solis prius inuentã, & proueniet ascensio M.C. 10. domus, abiectis 360. gradibus, si opus est.

Quarto, cum 10. domum hæc ascensio recta offerat, pro ascensionibus reliquarum quinq; domorum obliquarum, videlicet 11. 12. 1. 2. 3. addas semper 30°. ascensioni præcedentis domus, & si numerus in sequenti exemplo ascensionis, siue rectæ siue obliquæ, numerum 360°. excesserit, integro circulo abiecto, pro domus illius ascensione residuum reseruabis. Vt ascensio R. medii cœli seu domus 10. est 268°. 2'. Huic adde 30. & emerget ascensio vndecimæ domus; & ita cõsequenter habebis ascensiones reliquarum domorum quatuor.

| | | |
|---|---|---|
| 268°. | 2'. | X. Domus. |
| 30 | | |
| 298. | 2'. | XI. Domus. |
| 30 | | |
| 328. | 2'. | XII. Domus. |
| 30 | | |
| 358. | 2'. | I. Domus. |
| 30 | | |
| 388. | | |
| 360 subtrahe | | |
| 28. | 2'. | II. Domus |
| 30 | | |
| 58. | 2'. | III. Domus. |

Quinto, inuentis domorum orientalium ascensionibus, & tabula domorum

morum rationali Regiomontani fol.111. quęro altitudines poli domorũ quatuor 11.& 3.itẽ 12.& 2.Initium .n.10.domus pertinet ad aſcenſionem rectam,initium vero primæ inuenies in dati loci latitudine, quærendo ſemper datos aſcenſionis gradus in area,& habebis eleuationem poli ad initia harum ſex domorum,10.11.12.1.2.3. In tabula autem rationali domorum Regiomontani videbis in fronte præſcriptam latitudinem, quã ad datum genituræ locum quæres,& angulus reſpondens exhibebit tibi domorum eleuationes& latitudines. Exempli cauſa:Noſtri poli eleuatio eſt 50.graduum 40′.quos in 2.tabula ſub latitudine inuenio, & angulus 11.& 3. exhibet 30°.47′.& quia numerus minutorum numerum graduũ ſuperat,relictis minutis pro eleuatione 11.& 3.domus,aſſumo numerum 31°.Eadem latitudo exhibet ſucceſſiue progrediendo in eodem angulo, pro latitudine XII.& II.domus: 45°.55′.& quia 55. numerum graduum ſuperant,pro 12.& 2.domo aſſumo 46°.& ſic habeo pro ſex domibus orientalibus eleuationes. Pro X.tabulam aſcẽſionum rectarum,pro II. latitudinem 31°.pro 12.latitudinem 46°.pro I.eleuationem poli dati loci, pro 2.46°.pro 3.31°.

Sexto.Cum hiſce aſcenſionibus ingredior tabulas Regiomontani, & pro cuſpide 10.domus quæro datam aſcenſionem rectam,in tabula aſcenſionum rectarum, quam in area inueniens cum numero proxime aut maiori aut minori extra ſcribo,prout æquum viſum fuerit, minorique à maiore ſubducto per regulam Detri,vt ſupra,multiplico & diuido, ponendo primo loco inuentum cum proxima maiore aſcenſione in area,cum adhærentibus minutis. Secundo loco gradus in latere ſiniſtro aſcenſioni reſpondentes,cum ſigno ſupra poſito. Tertio loco aſcenſionem cum minutis,aſcenſioni & minutis M.C.reſpondentibus,& poſtea ſubtraho , factaque operatione partem proportionalem datis gradibus in inſcriptione & cõſtitutione cuſpidum cœli adiungo , & proueniet vera cuſpis X. domus in gradibus & minutis. Exempli gratia:

Pro cuſpide X.

Aſcenſio recta M. C. eſt 268°. 2′.

| | | | ♐ | | |
|---|---|---|---|---|---|
| Proxime maior | 268° | 54′. | 29°. | 268°. | 2′. |
| Proxime minor | 267 | 48. | 28. | 267. | 48. |
| Different. | 1. | 6. | 1. | | 14. |

66′——60′——14　　4
60　　46
840　　288
Gradus Zodiaci est 28. ♐　　840
pp.　　12′. 48″. A.　　666 (12′. 48″. P P.
Vera cuspis X.　　28. 12. 48. ♐　　6

Pro cuspide XI. Ascens. 298°. 2′. Lat. 31°.

| | | ♑ | |
|---|---|---|---|
| Prox. maior | 298°. 48′. | 13°. | 298°. 2′. |
| Prox. minor | 297. 47 | 12. | 297. 47. |
| Different. | 1. 1. | 1. | 15. |

61′——60′——15　　4
60　　28
900　　396
Grad. Zod. 12.　　900
pp.　　14. 46. A.　　611 (14′. 46″. A.
Vera cusp. XI. 12. 14. 46. ♑　　6

Pro cusp. XII. Ascen. 328°. 2′. Lat. 46°.

| | | ♒ | |
|---|---|---|---|
| Prox. maior | 328°. 20′. | 5 | 328°. 2′. |
| Prox. minor | 327. 37 | 4 | 327. 37. |
| Differ. | 43. | 1. | 25. |

43′——60′——25′　　3
60　　28
1500　　348
Grad. Zodiaci 4 ♒　　1500
pp.　　34′. 38″. A.　　433 (34′. 38″. PP.
Vera cusp. XII. 4°. 34′. 38″. ♒　　4

Pro cuspide I. Ascens. 358°. 2′. Latitud. 51°.

| | | ♓ | |
|---|---|---|---|
| Prox. mai. | 358°. 19′. | 26. | 358°. 2′. |
| Prox. min. | 357. 53. | 25. | 357. 53. |
| Different. | 26. | 1. | 9. |

26′—60′—9′.
60.
540

Grad.

Grad. Zodia. 25°. ♓ 42
pp. 20'. A. 840''
Vera cusp. I. 25. 20. ♓ 266 (20'. P.P.
2

Pro cuspide II. Ascens. 28°. 2'. Lat. 46°.
♉
Prox. mai. 28°. 9'. | 20. | 28°. 2. 41'—60'—34'
Prox. min. 27. 28 | 19. | 27. 28. 60.
Differ. 41. 1. 34. 3 2040.
4
Grad. Zodiaci 19. ♉ 404 (49'.
pp. 49'. 31''. A. 2040
Vera cuspis II. 19. 49'. 31''. ♉ 411
4

Pro cuspide III. Ascens. 58°. 2'. Latitudo 31°.
♊
Prox. mai. 58°. 12'. | 14. | 58°. 2'. 59'. 60'—49'.
Prox. min. 57. 13. | 13 | 57. 13. 60.
Differ. 59. 1. 49. 2940
4
Grad. Zodiaci 13'. ♊ 43
pp. 49'. 49''. 589
Vera cuspis III. 13. 49. 49. ♊ 2940
599 (49'. 49''. P.P.
5

Collectio Cuspidum.

| | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| X. | 28°. | 13'. | ♐ | ♊ | 28°. | 13'. | IV. |
| XI. | 12. | 15. | ♑ | ♋ | 12. | 15. | V. |
| XII. | 4. | 35. | ♒ | ♌ | 4. | 35. | VI. |
| I. | 25. | 20. | ♓ | ♍ | 25. | 20. | VII. |
| II. | 19. | 49. | ♉ | ♏ | 19. | 49. | VIII. |
| III. | 13. | 50. | ♊ | ♐ | 13. | 50. | IX. |

Has nunc inuentas cuspides colligo cum signis, gradibus & minutis, easque orientales esse affirmo, quibus si nũc in schema collocatis signa è

 regione

regione respondentia ad cuspides, sex occidentales constituentes accesserint, dubium non est, thema cœli esse datum ad locum Solis, ascensionem eius rectam, temporis item ascensionem, & M. tandem cœli, in quo maxima thematis vis residet, constitutum. Nunc antequam ad alia accedamus, prius, quomodo Planetæ sint themati inserendi, parsque fortunæ inquirenda; cum significatio domiciliorum ad iudicium magis quam aliud aliquid pertinere videatur, docebimus.

## CAPVT VIII.

### *De inscriptione Planetarum in themate erecto.*


MODVM iuxta tempus reductum & æquatum supra proposuimus inueniendi veros Planetarum motus, nūc quoque monstrabimus, quomodo vera Planetarum loca supra inuenta figuræ cœlesti rite inscribi debeant. Primo ante omnia diligenter considera, quas cuspides domorū signa Zodiaci, in quibus Planetę vertuntur, occupent, singuli enim Planetæ & stellæ inscribendi sunt domibus illis, in quibus hærent signa illius dati. Secundo, Planetæ & cuspidis obserua gradus, si in gradibus Planetę fuerint pauciores quam cuspides, ante cuspidem domus illius, cuius signum Planetarum transit, characterem Planetæ cum suis gradibus & minutis inscribe, quod indicio est, Planetam illum proprio suo motu cuspidem nondum assecutum esse. Si vero cuspidis gradus superauerint, post cuspidem illius domus Planetæ signum vna cum gradibus & minutis imponendum scias; Est enim indicio Planetam proprii motus ratione cuspidem illam transiisse, vt in nostra genitura videre licet.

De stellis quoque fixis magnum est iudicium Astrologorum, præsertim primæ & secundæ magnitudinis, nec longe ab Eclyptica distantibus. Habent enim illæ quoque Planetarum naturas, sed quæ illorum naturæ, nec non longitudo & latitudo, quibus in signis versentur, seu quibus astent, aut vbi locum habeant, cum ex Ephemeridibus notum sit, vbi tabulæ de illis proponuntur, & Stadii iudicium, ex illis puto esse petendum & motum & iudicium.

## CAPVT IX.

### *De parte Fortunæ.*

REGVLAM Mathematici generalem de parte fortunæ hanc obseruant, dicentes: Tantam esse distantiam ⊕ à ☽ quanta sit ☉ ab Horosco-

Horoſcopo, vnde multi inueniuntur, qui abſque numeratione partem fortunæ inſcribunt. Sed cum id faciant abſque gradibus & minutis, nos exquiſite agere volentes, hoc modo eam inquirẽdam putamus. Subtrahendus eſt locus ☉ à loco ☽ reſolutis ſignis Zodiaci in ſuos numeros, relictum addendum ſigno, gradibus & minutis Horoſcopi, & aggregatum verum partis fortunæ locum oſtendit. Reſolutio autem ſignorum ſic ſe habet:

| | | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 0 | 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 | 11. |
| ♈ | ♉ | ♊ | ♋ | ♌ | ♍ | ♎ | ♏ | ♐ | ♑ | ♒ | ♓. |

Quod ſi ſubtractio fieri nequit, aſſumendus eſt integer circulus, videlicet 12. ſigna, & reſiduum erit differentia. Si numerus 12. ſignorum fuerit præciſe, aut illum ſuperauerit, abiectis 12. reliquum erit fortunæ locus verus. Si 0. remanſerit, fortuna erit in ♈. Porro ſi numerus graduum 30. ſuperarit, abiectis 30. (Signũ enim 30. tãtum gradus tenet) & vnitate ad numerum ſignorum addita, quod remanſerit erit partis fortunæ, & ſignum, & gradus, & minutum, vt exempli examen dabit.

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| Locus | ☽ | 5. | 21°. | 11′. | 33″. | |
| Locus | ☉ | 0 | 23. | 35. | 14. | S. |
| Reſiduum | | 0 | 27. | 36. | 19. | |
| Horoſcopus | | 11. | 25. | 20. | 20. | A. |
| Ver. locus | ⊕ | 0 | 22. | 56. | 39. | ♈. |

Eſt itaque pars fortunæ, quæ hoc ſigno ⊕ pingitur in 0. ſigno, 23°. 9′. quod ſignum eſt ♈. oſtendente id ſupra poſito numero.

Cautelæ.

I. Si Planetæ plures in vnicam domum coincidant, is, qui pauciores gradus habuerit, proxime ad cuſpidem ſcribẽdus, & huic proximus proxime, &c. vt in exemplo videndum.

II. Idem hic, quod ſupra aliquoties in conuerſione minutorum & ſcrupulorum in prima & ſecunda, & viciſſim in horas ſeu gradus locum habet, & ſumma diligentia in ſubtractione obſeruandum.

III. Si ſignum Planetæ in figuram ponendi non extiterit in themate, quod frequenter accidit in modo rationali, inſcribatur ſtellæ locus in medium, inter duo proxima ſigna, addito charactere eius ſigni, quod omiſsũ eſt. Et ſi Planeta fuerit retrogradus, adiiciatur litera R. ſi directus, litera D.

Atque hæc hactenus de thematis conſtitutione dicta ſufficiant, nunc nihil aliud reſtat, quam vt ad ſignificationes domiciliorum & dignitates eſſentiales Planetarũ, i.e. ad generale iudicium accedamus, reiicientes ad finem doctrinam de rectificationibus & verificationibus, vt qua raro vti ſoleamus.




Tabula Aspectuum Planetarum nostri exempli.

| ♈ | ♉ | ♊ | ♋ | ♌ | ♍ | ♎ | ♏ | ♐ | ♑ | ♒ | ♓ | ° | ′ |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | ♂ | | ⚹ | □ | △ | | ☍ | | △ | □ | ⚹ | 6 | 44 |
| | ♃ | | ⚹ | □ | △ | | ☍ | | △ | □ | ⚹ | 7 | 55 |
| ☿ | | ⚹ | □ | △ | | ☍ | | △ | □ | ⚹ | | 14 | 9 |
| | ☽ | | ⚹ | □ | △ | | ☍ | | △ | □ | ⚹ | 21 | 12 |
| ☉ | | ⚹ | □ | △ | | ☍ | | △ | □ | ⚹ | | 23 | 35 |
| | ⚹ | □ | △ | | ☍ | | △ | □ | ⚹ | | ♀ | 25 | 27 |
| | ☍ | | △ | □ | ⚹ | | ♄ | | ⚹ | □ | △ | 26 | 39 |

# DE SIGNIFICATIONIBVS DOMICILIORVM COELI

## CAPVT I.

*Iudicium generale.*

POST absolutam domorum cœlestium constitutionẽ, operæ est pretium, antequam ad verum & speciale iudicium accedamus, singulorum domiciliorum qualitates cognoscere: sine iis enim ignoramus, quid sibi quælibet in cœlo domus tanquam proprium assumat. Dicitur itaque domus duodecima pars cœli, qua Regiomontanus complectitur gradus æquatoris æquales, sed in zodiaco inæquales, quibus pro ratione transitus corpora Planetarum existunt.

Prima domus est, cuius initium primum emergit, seu est pars Zodiaci, quæ in conuersione cœli oritur eo momento, quo quis nascitur: Græci nominant ἀνατολὴν, id est, partem exorientem, quod de inferiore ad superius hemispherium scandit. Vocant & horoscopum, Cardinem, & angulum orientis, Ascẽdens, domum vigoris, domicilium vitæ. Ex hac domo sumitur de vita nati significatio, an vitalis futura sit virtus imbecillis an vero fortior. Hinc etiam significatio desumitur de temperamento nati, ex qua ingenium, mores, & alia bona animi diiudicantur. Postea etiam ex hoc domicilio iudicium sumitur de forma corporis, proceritate, longitudine, aut deformitate, & paululum ad bonorum extremorũ considerationem aditus fit. Circulus positionis infra terram distans ab Horizonte, tempora ęquatoris triginta, simul domum primam & secundam inchoat.

Quare eam domũ, quæ sub Horizonte primæ succedit, SECVNDAM voco, Græce ἀναφορά, quia est vna ex illis, quæ succedentes dicuntur, & ἐπ' ἀναφορά, Latinis dicitur inferna porta, quia velut ianua est ad primam, & relicto ostio, stellas errantes & inerrantes motu primi mobilis producit supra Horizontem Orientalem; dicitur substantia domus à significatione, item domus lucri, quod lucrum nati significet.

Ex hoc enim coniectura sumitur, vtrum natus sit diues futurus, an pauper,

pauper, ſi diues, vnde nato ſint illæ diuitiæ acceſſuræ, vt eo melius occaſiones venturarum diuitiarum vrgere poſſit. Si pauper, vnde paupertas ſeu amiſſio patrimonii ſit euentura, ex quibus perſonis aut rebus, vt eam maiori cum diligentia fugere poſſit. Rurſus ſi futurus ſit diues, licitis ne an illicitis modis ſuas diuitias acquiſiturus. Nam nō raro accidit, vt quis cito diteſcens in ſuſpicionem acquiſitæ rei perueniat. Tandem, vtrum diuitiæ ſemper ſint manſuræ, & quo tempore vitæ occaſiones ſeſe commode acquirēdi pecuniam offerre poſſint. Nam non raro accidere videmus, vt è ditiſſimis pauperrimi fiant. In his ſignificationibus ſecūda domus conſumitur. Gaudet nullus in hac domo Planeta. Conſignificator eſt ♃. Obſeruandum autem, quando Aſtrologi hoc in loco lucri mentionem faciunt, eos non intelligere inhoneſtum, ſed omnia ſubſidia ad vitæ & corporis ſuſtentationem neceſſaria & acceſſiones, item vſusfructus perceptos ex bonis.

Tertia domus Dea dicitur, ab euentu bonarum & fauſtarum ſignificatione, Domus item fratrum, quia prima eſt, quæ horoſcopo iungitur. )( Gaudium eſt Lunæ. Conſignificatorem habet ♂. Habetque hanc ſignificationem non aliunde, quam quod homo ſit animal ſanabile, neq; aliud ei fortaſſe à natura tam ſit inſitum, quam ſocietatis ſtudium. Iure igitur tertia domus, fratrum, ſororum, affinium, cōſanguineorum conſignificationē ſibi vendicat. Ex ea enim ſignificationes de fratribus & ſororibus, an multi vel pauci, an fortunati vel infelices ſint futuri, depromuntur.

Quarta domus imum occupat cœli: Græcis ὑπόγειον, felix eſt natura ſui maſculini: habet ſignificationem patris, eiusq; ſubſequentis per totum vitę ſtatū fortunium. Patrimonium quoq; ſignificat, hereditates defunctorum, agros, eorumque culturam, ſignificationem quoque habet peculiarem de bonis immobilibus, de fodinis metallicis, de agris, præda. Gaudet nullus Planetarum in hac domo. Conſignificatorem habet ☉.

Quinta domus maſculina, mediocriter felix, ἀγαθὴ τύχη, dicta, à felici ſignificatione. Eſt gaudium ♀. ſignificat filios, filiasque, eorumque ſtatum, numerum & accidentia, habet △ ad horoſcopum. Significat etiam ingenia liberorum & eloquentiam, veſtimenta, delectationes, gaudium, choreas, donationes, honores, legationes, legatos, nuncios, mulieres, & formam denique poſt mortem nati.

Sexta domus eſt contraria antecedenti, igitur dicitur κακὴ τύχη, item abiectus cœli locus, quia nullum ad horoſcopum habet aſpectum, infelix & mala, maſculina, occidentalis, melācholica. Significat ægritudines, & eſt quaſi lerna multorum malorū, quæ corpora infeſtāt, vitamq; labefactant:

factant; item horum quantitatem & qualitatem, fidelitatem & infidelitatem, atque animalia minora. Gaudium in hac propter insitam maleficientiam habet stella ♂. Consignificator est ☿. Ex coloribus habet nigrum.

Septima domus vxoris seu matrimonii dicitur, cum ad constituendã rem familiarẽ vxor deesse non possit, sua natura felix, fœminina, cholerica, meridionalis. Significat vxorem, affectionesque nati erga rem vxoriam, vel contra erga cœlibatum, numerum vxorum, qualitatem vxoris, an nimirum diuitem vel pauperem, iuuenculam vel ætate grandiorem, probam & sui amantem, vel improbam & contumacem natus ducturus. Item nuptias, contentiones atque simultates, damnaque ex iis prouenientia. Nullus Planetarum in hac gaudet. Consignator est ☽. Ex colorib. habet album.

Octaua domus infausta dicitur, quod nulla cum horoscopo familiaritate coniungitur, nullisque illum radiationibus illustrat, cum malis aũt cœli locis optime cõiungitur, videlicet △ cum 12. & ⚹ cum sexta, sua inde natura mala. Quia enim Solem & diem sub terras præcipitat, qua pręcipitatione nox tenebrarum mater sequitur, nec alia ratione mors vitæ, cuius ipsa priuatio est, succedit, appositissime quidem hic locus adnominatus est mortis, vel naturalis & violentæ, à causa aliqua externa, seu externis accidentibus. Significat porro etiam hereditatem mortuorum, facultates occultas, magnos timores, venena lethalia, labores, ærumnas & contentiones. Est fœminina, meridionalis, cholerica. Color eius niger. Nullus Planetarum hac gaudet. Consignificator est ♄.

Nona mediocris est, meridionalis, fœminina, cholerica. A Põtano θεὸς dicitur, propter significationes, quas habet natus ad rem diuinam, & religionem sacram. Significat enim religionem, in eaque nati vel constantiam vel inconstantiam, somnium, animum nati μαντικὸν, itinera maiora, & in his felicitatem vel pericula. Gaudium est Solis. Consignificator est ♃. Color eius niger.

Decima domus sua natura est fausta, masculina, orientalis, sanguinea, Res significat lætas, videlicet regnum, vel aliud quodcunq; nati officiũ. Significat etiã Reges & regni alicuius statũ, fauorẽ magnatum, vt Principum, Regum, vel in aliorũ officiorũ publicorũ gubernatione cõstitutorum, honores, dignitates, magisteria, artem seu genus artis, quod natus est nacturus, studia liberalium artium, gloriam, famam, laudem, &c. Tandem etiam matris peculiarem habet significationem, cuius conditionem post editum natum significat. Consignificator est ☽. Gaudium nullius est Planetæ.

Vndecima domus dicitur etiam mediocris, masculina, orientalis, sanguinea. Addicti sunt illi amici, consiliarii, suffragatores. Assistit enim decimæ, perinde vt Consiliarii assistunt Regibus, Magistratibus ac Principibus. Hosque significat vel synceros & candidos, vel infideles & simulatos, eorumque numerum, statum & conditionem. )( habet ad horoscopum. Dictus est à fauore, à spe, à fide & benignitate, bonus genius. Græce ἀγαθὸς δαίμων. Gaudium ♃. Consignificator ☉. Colorem habet croceū.

Vltima domus duodecima, infausta omnino & maligna, masculina, orientalis, sanguinea, κακὸς δαίμων, seu malus genius. Significat carcerem, mœrorem, vel fortitudinem, vel debilitatem, animalia maiora, leones, equos, eorumque conditiones, an videlicet natus sit commodum ex his percepturus, an vero periculum aliquod in vita & in valetudine. Gaudiū est ♄. Cōsignificatrix est ♀. Color est viridis. Hæc significata omnia breuiter hisce versibus comprehenduntur;

*Vita, lucrum, fratres, genitor, nati valetudo,*
*Vxor, mors, pietas, regnum, benefactaq;, carcer.* Vel:
*Prima domus vitam largitur, & altera nummos,*
*Tertia dat fratres, venerandos quarta parentes,*
*Prolem quinta dabit, morbos tibi sexta minatur.*
*Septima coniugii domus est, octauaq; mortis,*
*Relligio sequitur, confert tibi decima honores,*
*Hinc tibi amicus erit, postremam inimicus habebit.*

## CAPVT II.

### *De diuisionibus signorum Zodiaci.*

RIMA ac principalis signorum diuisio naturas ipsorum & qualitates significat. Hæc signa alia sunt ignea, semper △ cōstituentia, id est, calida & sicca, cholerica, videlicet ♈. ♌. ♐. Alia terrea, i.e. frigida & sicca, melancholica, ♉. ♍. ♑. Alia aerea, i.e. calida & humida, sanguinea, ♊. ♎. ♒. Alia deniq; sunt aquea, i.e. frigida & humida, phlegmatica, ♋. ♏. ♓. Hanc distributionem ex natura Elementorum aliqui desumptam existimant, sed maximo cum errore, quippe, cum verisimile non sit, Elementa ad qualitates signorum Zodiaci quippiam cōferre. Recte igitur, inquit Pontanus, à comparatorum loco, vt Elementa binas habent qualitates, sic etiam signa, &c.

Secundo distribuuntur signa in sex septentrionalia, qualia sunt ♈. ♉. ♊. ♋. ♌. ♍. & sex meridionalia, vt ♎. ♏. ♐. ♑. ♒. ♓. cum hæc ab æquatore

quatore verſus meridiem, illa vero ab æquatore verſus ſeptentrionem recedant.

Tertio diſtribuuntur ſecundum Pontanum in ſex ſigna maſculina, qualia facit is ea, quæ ignis & aeris qualitates excitant, ♈. ♌. ♐. ♊. ♎. ♒. & ſex fœminina, quæ plus terreæ & aqueæ qualitatis largiuntur, videlicet, ♉. ♍. ♑. ♋. ♏. ♓. In hac diſtributione diſcrepat Põtanus à M. Hartmanno, qui maſculina ſigna facit ſex ſeptentrionalia, fœminina vero ſex meridionalia.

Quarto diſtribuuntur in æquinoctialia, quæ ſunt ♈. & ♎. & ſolſtitialia, quæ ſunt ♋. & ♑. quæ alio nomine cardinalia vocantur.

Quinto, in ſigna mobilia, fixa, & communia atque mediocria. Signa mobilia ſunt ♈. ♋. ♎. ♑. Solida ſeu fixa ſunt ♉. ♌. ♏. ♒. quæ ſigna cardinalia proxime inſequuntur. Communia ſeu mediocria ſunt ♊. ♍. ♐. ♓. Hæc ſigna communia bicorporea etiam vulgo à pictura nominantur.

Sexto diſtribuuntur in ſigna longarum & breuium aſcenſionum. Lõgarum aſcenſionum ſigna dicunt ♋. ♌. ♍. ♎. ♏. ♐. Alii ſphærici nominant ſigna rectà aſcendentia. Breuium aſcenſionum ſunt ♑. ♒. ♓. ♈. ♉. ♊. Aliàs dicuntur ſigna oblique aſcendentia, quod videlicet ſic oriantur, ſingulaque minus duabus horis occupant in ortu, quocirca lucem citius nobis afferunt, & quod ad occaſum recta deſcendunt, in ipſo deſcenſu ſingula duabus horis amplius occupant. Quo fit vt celerius oriãtur, occidantque tardius, dieſque ipſi tamdiu creſcant, dum ad ♋. initiũ Sol peruenit. Vide Pontan. lib. 1. de reb. cœleſt. c. 18.

Septimo ſigna diſtribuuntur in imperantia & obedientia. Imperantia ſunt ♈. ♉. ♊. ♋. ♌. ♍. Obedientia ſunt ♎. ♏. ♐. ♑. ♒. ♓. Hanc ſententiam quoque confirmat Porphyrius, vbi ſigna ſignis aſſerit obedire, ♎. quidem ♈. quod ♈. diem augeat, ipſa vero minuit. Vnde ſatis liquet, ſolſtitii æſtiui ſignum imperare ſibi oppoſito, itemq; æquinoctii ſignum imperare ♎. ob dierum luciſq; magnitudinem atq; incrementum.

Octauo diſtribuuntur in ſigna humana & bonam vocem habentia, qualia ſunt ♊. ♎. ♍. ♒. & prior medietas ♐. Et in beſtialia ſeu feralia, vocem mediam habentia, quæ ſunt ♈. ♉. ♌. ♑. & poſterior ♐ medietas, Muta ſigna ſeu voce carentia ſunt ♋. ♏. ♓.

Nono diſtribuuntur in fœcunda, ſeu multorum liberorum, vt △. aqueus, continens ♋. ♏. & ♓. Alia ſunt ſterilia, ♈. ♎. ♌. ♍. Alia denique mediocria ſeu paucorum liberorum ſigna. vt ♉. ♎. ♐. ♑. ♒.

Decimo, ſignorũ alia ſunt eximiæ pulcritudinis, vt ♊. ♍. ♎. & prior medietas ♐. Alia vero mediocris pulchritudinis, vt ♏. ♒. ♓. appellantur. Reliqua ſunt deformia.

## CAPVT III.

### *De naturis & Planetarum significationibus.*

CENSETVR ♄. Planeta frigidus & siccus intemperate, melancholicus, masculinus, diuinus, malignus, vnde etiam infortuna maior dicitur. Significat patrem, auum, hereditatem, agriculturam, in eaque vel felicitatem vel infelicitatē, ædificationes, carceres, metus, tristitias, labores, suspiciones, homines senes, agricolas, arrogantes, pigros, profundos intellectus, astutos, melancholicos, tristes, indecoros, diligentes, nigrum colorem, abundantes barbæ pilis, macros, profundos oculos habentes, nigros pilos, inuidiosos, pallidos, procliues ad furandum & ad mentiendum, retinentes diu iram, horrentes consortium hominum, loquentes cum semetipsis, cito canescentes, non amantes mulieres, non ditescentes, tenaces, secretorum conseruatores, omnis porro significat generis morbos iuxta naturam temperamenti. Habet autem dextram, vnde etiam auditus grauitatem, & aurium dolorem efficit, lienem, ossa, dentes. Color eius est niger.

♃. Calidus & humidus temperate, masculinus, sanguineus, diurnus, aereus. Vsitate fortuna maior appellatur. Significat prudentes, amantes iustitiam & bonos consultatores, odio malos homines prosequentes, pios, iustos, lætos, præbentes sese amabiles, fideles se ostendentes, sed non ex vero corde. Significat quoque formosam & plenam faciem, longos crines, integrum nasum. Significat item misericordes homines, nemini nisi rogatis seruiles, amãtes occulte mulieres, inhiantes bonis temporalibus, sibi ipsi placentes; Personas significat Regias, Regumq́; ministros, Principes, Episcopos, religiosos, &c. Ex morbis habet ortos ex flatibus & humorum putredine, vt anginam, peripneumoniam, apoplexiam, pleurisin, conuulsionem, cardiacam passionem & stupores. Colores eius sunt, viridis, purpureus, flauus, sapor dulcis.

♂. Calidus & siccus intemperate, cholericus, igneus, masculinus, suà natura malus, vnde & Infortuna minor dicitur. Significat os magnum & semper patens, dentes magnos, faciem acutam, crispum & sanguinem crinum, voraces homines & ad mendacia procliues, rubicundos facie, in iniquitatibus gloriantes, ridentes solum cum iniquitatem fecerint, procliues ad rapinas, latrocinia & iugulationem, sinentes nihil inultum, ad omnes iniquitates procliues, non amantes mulieres, quas tamen concupiscunt, morte naturali raro morientes, iraçundos, alios oblique aspicientes,

cientes,non gaudentes consortio hominum proborum,oculos paruos, milites,in genere color eius est rubeus,sapor amarus.

☉. Calidus & siccus temperate,masculinus,diurnus,igneus.Significat fere easdem res & personas,quas ♃. Color eius subrufus est & aureus,sapor acutus.

♀. Frigida & humida temperate,phlegmatica,fœminina,nocturna, fortuna minor.Significat amorem, lætitiam, affabilitatem, comitatem, res lætas & pulchras,mulieres,choreas, conuiuia in virorum natiuitatibus,peculiarem etiam coniugii significationem obtinet. Color eius est albus,vel secundum aliquos viridis,sapor dulcis.

☿. Sua natura indifferens & versatilis,qualitatem ac naturam inducit Planetæ illius cum quo iungitur, vel quem proximo ac fortissimo radio aspicit,vel in cuius essentiali dignitate cōstituitur, siccitatem & melancholiam operatur.Significat res & personas instabiles & vagas,negotiationes, nauigationes,contractus, pacta, studia ingenuarum artium, nautas,mercatores,Mathematicos,Arithmeticos, tabellarios, &c. & in genere homines instabiles ac vagabundos,qui cito mutāt animum. Color est varius,sapor etiam varius & mixtus.

☽. Frigida & humida temperate,phlegmatica,fœminina, nocturna, aquea.Significat ferè vt ☿ res & personas mutabiles & vagas, vt legationes & nauigationes,itinera plerumque per aquas,legatos, nautas, piscatores,viduas,plebem,& in natiuitatibus virorum coniugium significat. Colores eius albus,argenteus,pallidus,croceus.

Hę sunt naturę & significationes Planetarum per se consideratorum, quæ multipliciter mutantur,ac inter se commiscentur, prout in aliis atque aliis Zodiaci signis ac figuræ domibus collocantur,& prout configurationes cum Planetis & reliquis, in primis vero cum luminaribus faciunt,vt ♄. Planeta diurnus & masculinus frigiditatem operatur & siccitatem sua natura;quod si tempore natiuitatis sub terra ☉. aut ♂. iungatur in signo ac domo fœminea,sicque à sole occidentalis, fœmineus erit nocturnus,ac frigiditatem quidem operabitur,multo tamen remissior.Idem quoque de reliquis erit iudicium. Diurnus siquidem Planeta infra terram constitutus & econtra supra terram nocturnus hanc suam amittit naturam.

Sic quoque sexus Planetæ mutatur,quando in diuersi sexus loco Planeta est constitutus:masculini quoque orientales Planetæ cēsentur semper fortiores & efficatiores reliquis. Occidentales vero fœminini debiliores.

Sed vt horum fortitudinum & dignitatum certitudo quasi ob oculos

ponatur, quas debilitates partim sua natura & essentia, partim quoque per accidens habent, placuit sequenti capitulo dignitates essentiales; capite vero altero, debilitates & quasdam etiam dignitates per accidens enumerare. Neglectis aliquibus de natura Planetarum, cum ea ex libellis & rusticis satis cognitis petatur.

## CAPVT IV.

### *De dignitatibus Planetarum essentialibus.*

RVDITI Mathematici dignitatem vel potestatem Planetæ essentialem nominarunt virtutem, quam in aliquo signo obtinet, vel propter occultam familiaritatem cum illo signo, vel propter stellarum fixarum in eodem signo existentium qualitates qualitatibus suis congruentes. Quanquam autem non in vnico signo tantum, verum pluribus Planeta quilibet, aut dignitatis suæ, aut fortitudinis incrementum recipit, vt supra quoque breuiter dictum, tamen in aliis plus potentia augetur, in aliis vero minus. Quamobrem illæ Planetarum qualitates, de quibus Pontanus libro primo de reb. cœlest. cap. septimo eleganter scribit, vel etiam debilitates certis appellationibus possunt distingui. Signum in quo suas maximas vires exercet, seu in quo qualitatum incrementum animaduertit Planeta, vocatur domicilium eius. Sequitur dehinc signum illius altitudinis, &c. quarum ordine dignitatum quinque discrimina ab Astrologis ponuntur, videlicet Domus, Exaltatio, Triplicitas, Terminus seu finis, Gaudium. Nominant vero Astrologi domum principalius Zodiaci signum, in quo habet aliquam Planeta qualitatem & conuenientiam, vt quando Planetam humidum in signo humido constitutum videbis. Obseruandus autem est in domiciliorum constitutione inprimis numerus Planetarum & signorum, quippe cum duodecim sint signa cœlestia, quæ nominantur à Sphæricis δωδεκατημόρια, Planetæ vero septem tantum, vnde necessario colligitur, singulis Planetis non vnius tantum signi, sed duorum ad minimum gubernationem committendam; non tamen omnibus Planetis, siquidem pene in omnibus, & semper luminaria excipiuntur: Illis siquidem duo signa tribuuntur tantum, in quibus potentiam maximam habeant, reliquis Planetis semper, vt dictum, duo. Nec hoc absurdum, semper enim luminarium vis in genituris est præcipua, illaque naturam suam, siue infra vel

ſupra Horizontem poſita inueniantur, nunquam mutant. Sol enim, ſiue infra ſiue ſupra terram poſitus ſit, ſemper maſculinus & diurnus Planeta exiſtit, vnde etiam dominium in ſigno maſculino & diurno tantum attribuerunt: ſic & Luna, ſiue infra ſiue ſupra Horizontem exiſtat, fœminina & nocturna ſemper eſt, hoſpitiumque in ſigno fœminino & nocturno habet. Reliqui quinque pro ratione poſiti infra vel ſupra Horizontem, naturam ſuam ſubinde mutant, vt maſculinus & diurnus per ſe Planeta, cum ſub terra verſatur, fœmininus & nocturnus redditur, & è contra. Quare ſinguli hi bina ſunt ſemper ſortiti hoſpitia, vnum in maſculino & diurno, alterum in fœminino & nocturno ſigno.

Ordo igitur & ſeries domorum ſic ſe habet.

☉. Domicilium ♌ eſſe dicunt, quod tum calidæ areſcentisque naturæ, viriumque maſculinarum eſſet, tum quia nullo è ſigno conuenientis ſecum omni è parte naturæ ſtabilisq; qualitatis in terras noſtras Sol radios rectius ac propinquiori loco figeret. Et cum Solis proprium ſit calefacere, Lunæ vero humectare, proxime antepoſuerunt Lunam, eiusque domicilium, cum ☉ in materiam propriam agere poſſit.

☽. Domicilium igitur eſt ♋. tanquam regia ſatis apta & idonea. ♋.n. vt inquit Pontanus, in humida & frigida corpora ſuapte natura influit, ♋ item quantitatis eſt fœmininæ, naturæque nobilioris. Item, quando luna verſatur in ♋ in ſubiectas terras quaſi quodam perpendiculo radios diffundit, tumque colligit multo maximas & acerrimas ad agendum vires. Obſeruandum etiam, à quibusdam Mathematicis ſigna cœleſtia diſtribui, totumque ſigniferum in duos ſemicirculos. Alterum à ♌ per ſigna SSS. ſequentia vsque ad ♒ principium, eumque Solarem nominamus. Alterum à ♋ per ſigna antecedentia (SS. in finem vsque ♒, quem lunare vocauere, vtroque in ſemicirculo ſingulis erraticis ſtellas ſingulas attribuerunt etiam, de quibus ordine, prout configurationes eorum ad luminaria. Nunc quoque his ex parte antecedentibus obſeruatis terminis ad aliqua Planetarum domicilia progrediuntur, idque non absq; ratione. Alii autem aliter agunt. Cum enim circa ſolem ęque ☿ ac ♀ verſatur, aliqui inchoandum putauerunt à ☿. aliqui à ♀. prout illud ſit, domiciliarios ſcire oportet. Cum Pontano igitur de ☿ agemus, qui ſemper Soli proximus eſt, ita vt nunquam amplius quam per 37. partes ſeu gradus à Sole diſcedat, ſeu, vt Pontanus inquit, ☿ ſtellã abeſſe à Sole lõgius vno ſigno eoq; nõ integro, nullo modo poſſe. Habet domicilia in ſignis

vtrinq;

vtrinq; luminarium domicilia cötingentibus, videlicet ♊. & ♍. necesse enim est propter versabilitatem, vt ita loquar, eum nunc in hanc nunc in aliam naturam facile transire.

♀. Similiter nunc succedunt signa, quæ domicilio ☿ sunt proxima, videlicet ♉. & ♎. ♀. enim in motu suo proprio ☉lem tanquam cœlestis chori ducem obseruat, vt ab eo vltra constitutos à natura limites non euagetur, paulo tamen lõgius recedere potest, quam ☿. ad gradus fere 48. qui sextilem aspectum placitum cõstituunt, quare in signis luminarium domos aspicientibus aspectu ⚹. qui mediocriter benignus est, imperiũ obtinet: & vt docet Pontanus lib. 1. cap. 8. conueniens est ♀. quæ ob naturę benignitatem fortuna minor dicitur, in signis mediocriter benigno radio luminarium domicilia contuentibus dominari; Item, cum stella eius reliquis sit omnibus fœcundior, in signis etiam fœcundioribus ipsis potentiam adaugeri est consentaneum. Est autem ♉. signum inter animalia fœcundum, ♎. in seminibus, &c. Martis stella torrida & feruens est, vnde etiam in signis calidis & feruentibus domicilium tenet, quæ ab aliquibus violenta appellatur. Dicitur infortunium minus, quod domicilium obtineat in signis □ radio luminarium domicilia aspiciẽtibus, in ♈. videlicet & ♏. Feruor enim, inquit Pontanus, ♂ in sese cogitur magis magisque, viresque æstuosiores suscipit ob aduersantem ♏ naturam, &c. Hæc sequuntur signa luminarium domicilia △ radio quem appellamus, aspicientia videlicet ♐ & ♓. vnde beneficium quoque Planetarum constituerunt ♃ qui ob bonitatem & beneficentiam radiosque benignos dicitur fortuna maior. Suntque hæc duo signa similiter de eius natura, cum ♐ stellæ ventosæ dicantur: Stellæ autem ♓ fœcundæ. Tandem sequitur stella ♄ infrigens ac torpida, magnaque in vtraque ariditas est, vnde etiam altissimum inter Planetas est locũ sortita. Remouetur à luminaribus longissime, vnde per dimidium circulum à domiciliis eorum distat in ♒ & ♄ signis australibus, in quibus domicilium tenet. Dicitur infortunium maius: Qualitates enim eius aduersantur qualitatibus luminarium, eaque maxime hostili radio ☍ intuentur. Vnde fit Sole in ♑ & ♒ domiciliis ♄ & signis meridionalibus constituto, è quibus radii solares nobis sunt obliquiores, frigidissimam & maxime siccã aeris nos sentire constitutionem, cum illæ qualitates cum Saturni qualitatibus optime conueniant. Hanc domiciliorum distributionem optime sequenti tabella ob oculos Astrologi posuerũt hoc modo. Habet autem in domicilio suo constitutus Planeta dignitates essentiales quinque.



Antequam ad ſecundam Planetarum dignitatem accedamus, quam altitudinem Pontanus lib.1.cap.13.nominat, placet potius cõtrariam poteſtatem ſeu potius debilitatem Planetæ recenſere; contraria enim contrariis oppoſita magis elucefcunt. Quãdo igitur ſigna diametraliter opponuntur domibus Planetarum, detrimenta eorum ſeu exilia vocantur, & tum vt paulò ante habuit quinque dignitates, Planeta quinq; debilitates habere dicitur. Rationem huius afferunt hanc, quod ſicut virtus Planetarum efficacior redditur, quando cum cognata qualitate alicuius ſigni vnitur: Ita potentia ſeu vis Planetarum infringitur, quando in ſignis conſtituũtur contraria virtute pollentibus, quæ ſunt ſemper domibus ſignorum diametraliter oppoſita, & vt in ſuperioribus luminarium quodlibet vnicum tantum ſignum, in quo hoſpitium & imperium habet, tenuit, ita etiam vnicum tãtum ſignum & illud diametraliter oppoſitum habet, in quo decrementum ſuarum virtutum & virium percipiat. Reliquis Planetis ſingulis vt duo domicilia, in quibus ſuas virtutes exercerent, fuerũt aſſignata, ita ſimiliter diametraliter oppoſita, ſigna duo aſſignantur, in quibus exulent detrimentumque ſuarum virium percipiant, illarumque iacturam faciant. Vt ☉ exercet vires tantum in ♌, cui domus ♄ ♒ opponitur, in quo nunc contrarium decrementum videlicet ſentit, & in hoc ſigno conſtitutus ☉ in ſuo detrimento eſſe dicitur, id quod & de reliquis Planetis dicendum. Vide ſequentem tabulam

| | Habet domicilium in | Detrimētum igitur est in |
|---|---|---|
| ♄ | ♑ & ♒ | ♋ & ♌ |
| ♃ | ♓ & ♐ | ♍ & ♊ |
| ♂ | ♈ & ♏ | ♎ & ♉ |
| ☉ | ♌ | ♒ |
| ♀ | ♎ & ♉ | ♈ & ♏ |
| ☿ | ♊ & ♍ | ♐ & ♓ |
| ☽ | ♋ | ♑. |

Secũda dignitas Planetarum eſſentialis altitudo ſeu exaltatio dicitur: qua voce non intelligunt ſitum localem ſeu altiorem Planetæ à terra, vel alio quouis puncto diſtantiam in ſuo deferente vel epicyclo, ſed partem ſeu locum Zodiaci, in quo conſtitutus Planeta inſignem virium ſuarum exaltationem ſeu incrementa recipit, & ob id euidentiorem mutationẽ in aere & aliis rebus inferioribus cum natura & qualitate ſua congruentibus ciet & excitat. Habet autem Planeta in altitudine conſtitutus quatuor dignitates eſſentiales. Sol vero exaltatur in primo ſigno, videlicet ♈. quod quando ad illud ſignum peruenerit, lætetur & tanquam gaudio exiliat, vt qui generationis regionem & conuenientis ſecum naturæ ſignum ſit ingreſſus, in quo & augeſcere dies incipit, & reliqua omnia virium ſuarũ incremēta percipiunt à ☉ fonte virtutis omnis vitalis, qui & poſtea ſingulis etiam diebus ratione caloris incrementum accipit, videlicet ipſo ſublimiorem cœli partem peragrante. Sic quoque de reliquis iudicandum ſignis, in quibus ſinguli Planetæ hanc virium exaltationem percipiunt, iuxta tabellam proxime ſequentem.

Quęri autem hoc forſan poſſit loco, cur exceptis luminaribus, reliqui omnes Planetæ duo, in quibus imperium habeant, viriumq; ſuarum incrementum percipiant, domicilia occupent, non autem in pluribus altitudinem quoque? Reſpondet eleganter Pontanus: Rationem eſſe, quod ſingula quę naſcuntur ſemel tantum naſcantur, ſemelque tantum viuant atque moriantur, iure igitur in vno non in pluribus ſignis aut duob. cuique Planetæ maiores altitudinem decreuere. Priſci Aſtrologi talem protulerunt ſimilitudinem; Quęmadmodum homines peregre redeuntes mirificam eo in loco voluptatem capiunt, ad quem vbi peruenere, patriũ inde ſolũ proſpicere incipiẽtes, lares ipſos ſumma cum iucunditate lætitiaque ſalutant; ſic ipſi quoque arbitrantur erratiles ſtellas tanquã peregre venientes exultare eo in ſigno, de quo domicilium quæque ſuum amicoque è loco intueantur, &c.

Debilitas exaltationi Planetæ contraria caſus ſeu deſtructio Planetæ vocatur, & accidit Planetis, quando conſtituuntur in ſigno, quod exaltationis

tionis signo diametraliter opponitur: quantum enim virtutis Planetæ constituto in sua exaltatione adfert cognita signi istius qualitas, tantundem vicissim ei adimit constitutio & Crasis dissimilis regni oppositi. Ostendit autem Planetarum exaltationes & casus hæc tabella.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| ♄ | exaltatio est | ♎ | casus ergo est | ♈ |
| ♃ | | ♋ | | ♑ |
| ♂ | | ♑ | | ♋ |
| ☉ | | ♈ | | ♎ |
| ♀ | | ♓ | | ♍ |
| ☿ | | ♍ | | ♓ |
| ☽ | | ♉ | | ♏ |
| ☊ | | ♊ | | ♐ |
| ☋ | | ♐ | | ♊ |

In hac debilitate Planeta constitutus habet quatuor debilitates.

Tertiam quam habet Planeta dignitatem fortitudinemque essentialem nominant Mathematici Triplicitatem, quando videlicet Planeta in aliquo trigonorum naturę & qualitatibus conueniente cõstituitur. Estque illa constitutio per △. quorum supra in distributione signorũ facta est mentio, ita vt per triangulum illa signa, quæ constituunt trigonũ, cõnectantur: propterea, quod illa signa propter talem aspectum eiusdem naturæ ac qualitatis censeantur, & hoc modo sese benefico radio inspiciant: Ostenduntur autem duodecim signorum connexiones per figuram Geometricam triangulum videlicet æquilaterum quatuor elemẽtis respõdentes hoc modo:



Primus △ cõplectitur ♈ ♌ ♐ vt supra, & vocatur igneus, calidus & siccus, cholericus, diurnus, masculinus, huius triangulatores secundum Ptolomæum sunt de die ☉. de nocte ♃.

Secundus △ connectit ♍ ♉ ♑ ac vocatur terreus, frigidus & siccus,

 melan-

melancholicus, fœmininus, nocturnus, eius domini sunt ♀ de die, ☽ de nocte.

Tertius △ connectit ♊ ♎ ♒, vocaturque aereus, calidus & humidus, sanguineus, masculinus, diurnus. Triangulatores sunt ♄ de die, ☿ de nocte.

Quartus & vltimus △ continet ♋ ♏ ♓ signa videlicet aquea, frigida & humida, phlegmatica, fœminina, nocturna. Triangulatores sunt de die ♀, de nocte ♂ cum participe ☽. Sed aliter in hac distributione & participatione agunt Arabes, quarum sententiam breuitatis causa omittendam existimo.

Habet autem Planeta in sua triplicitate constitutus tres dignitates essentiales. Proponam autem in sequenti Tabula triangulatores cum participantibus.

| | D | N | P |
|---|---|---|---|
| ♈ ♌ ♐ | ☉ | ♃ | |
| ♉ ♍ ♑ | ♀ | ☽ | |
| ♊ ♎ ♒ | ♄ | ☿ | |
| ♋ ♏ ♓ | ♀ | ♂ | ☽ |

*De Planetarum terminis.*

Quarta Planetarum dignitas terminus nominatur, duasque habet dignitates. Nominantur certę cœli partes, quas in vnoquoque signo quinque erraticæ (nam duo luminaria terminis carent) propter certas causas obtinent, in quibus cum constituuntur Planetæ fortiores redduntur. Cum autem terminorum gradus inæquales in singulis Planetis distribuantur ita, vt difficile sit eas memoria comprehendere, idcirco ex tabella eosdem depictos, iuxta Ægyptiorum doctrinam, cui exempla geniturarum ipse Aristoteles congruere fatetur, paulo post exponam ex libro de cœlo Pontani, qui fines per singula signa Planetarum ordine commemorat. Pleniorem cognitionem requirens Ptolomæum in cap. de finibus consulat.

Nota

In hac tabula depinguntur fines Planetarum, in quibus constituti dignitates duas habent essentiales. Cum vero sæpissime hoc tempore erraueri-

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| ♈ | ♃ 6 | ♀ 12 | ☿ 20 | ♂ 25 | ♄ 30 |
| ♉ | ♀ 8 | ☿ 14 | ♃ 22 | ♄ 27 | ♂ 30 |
| ♊ | ☿ 6 | ♃ 12 | ♀ 17 | ♂ 24 | ♄ 30 |
| ♋ | ♂ 7 | ♀ 13 | ☿ 19 | ♃ 26 | ♄ 30 |
| ♌ | ♃ 6 | ♀ 11 | ♄ 18 | ☿ 24 | ♂ 30 |
| ♍ | ☿ 7 | ♀ 17 | ♃ 21 | ♂ 28 | ♄ 30 |
| ♎ | ♄ 6 | ☿ 14 | ♃ 21 | ♀ 28 | ♂ 30 |
| ♏ | ♂ 7 | ♀ 11 | ☿ 19 | ♃ 24 | ♄ 30 |
| ♐ | ♃ 12 | ♀ 17 | ☿ 21 | ♄ 26 | ♂ 30 |
| ♑ | ☿ 7 | ♃ 14 | ♀ 22 | ♄ 26 | ♂ 30 |
| ♒ | ♀ 7 | ♀ 13 | ♃ 20 | ♂ 25 | ♄ 30 |
| ♓ | ♀ 12 | ♃ 16 | ☿ 19 | ♂ 28 | ♄ 30 |

rauerimus in hisce finibus cognoſcendis, placet breuiter, quomodo ad thema cœli ſint accommodandæ, addere. Maioris itaque luſus gratia reſoluam vnicum ſignum, & res erit manifeſta. In ariete primæ fines, quas Pontanus partes nominat, Iouis finibus decernuntur: quę deinde ſequũtur 6. ſunt finibus ♀ attributæ, vnde numero collecto 12. ſunt aſſignata ♀. 6. enim & 6. conſtituunt 12. 8. rurſus ſequẽtes ☿, reliquæ quinque ♂. poſteriores 5. ♄ finibus annumerantur, & ſic in reliquis. Quando igitur ſeſe offert in natiuitate ♂ in 23°. ♈. conſtitutus, ♂ dictum non eſſe in ſuis finibus, quod eius fines incipiant à 22°. & deſinant in 26°. ſequentes 4°. ♄ no ſunt aſſignatæ. Hæc de his dicta ſufficiant, cum de reliquis diuerſum non ſit iudicium. Vide de his Pontanum Tom. 3. c. 23. lib. 1. & in lib. 4. per 12. capita priora.

Vltimam quam Planeta habet dignitatem, gaudium eius dicitur, in eoque conſtitutus habet dignitatem vnam. Competit autem illa quinq; tantum Planetis, de quibus in antecedentibus dictum ſpecialiter, quod quilibet eorum duo habeat domicilia, vnum in ſigno maſculino, alterũ in fœminino, quorum illud principalius eſt, quod eſt eiusdem naturæ cum Planeta, vt ♄ Planeta maſculinus duo habet domicilia in ♑ videli-

cet fœmininum, in ♒ masculinum. Horum tamen principalius est in ♒ signo masculino, quia cum Planetæ natura & sexu magis congruit, in tali igitur signo, quod principalius est, Planeta gaudiũ habere dicitur. Habent autem gaudia Planetarum se hoc modo.

♄ ♃ ♂ gaudet in ♒ ♐ ♏ ; ♀ ☿ gaudet in ♉. ♍.

Nullæ autem his posterioribus dignitatibus tribus statuuntur ἀδυναμίαι seu debilitates: quia nõ adeo magni momenti aut effectus sunt, tum vero, quia quinque omnibus Planetis terminus & gaudium competunt, istis luminaribus carentibus. Antequam integram tabulam constitutam recte esse affirmem, placet aliquid in medium proferre de Decuriis Planetarum seu Decanis, quarum Pontanus mentionem facit lib. 1. Tom. 3. cap. 22. Non quod aliquam in iudicio geniturarum dignitatẽ obtineant, aut earum aliquis sit vsus, quarum nullus est omnino, vt videbimus; sed vt cognitionem quandam habeamus Astrologorum, de iis placuit proponere. Vtũtur autem, vt inquit dicto loco Pontanus, vocabulo Decuria, desũpta à Romanis: vrbs siquidem Roma nõ in centurias modo, verum etiã Decurias fuit diuisa, vnde à Decuriis dicti Decuriones; singula siquidẽ signa distribuuntur & possũt distribui in tres partes, in 10. 20. & 30. Sic & Planetas distribuunt, licet Ptol. in lib. ἀποτελεσμάτων nullam tradiderit pceptionem, nec semel de ipsis Decanis mentionẽ fecerit. Cur igitur mentionem haud fecerit, placuit eas ad iudiciũ natiuitatũ nõ adhi-

TABVLA sic est.

| | | | |
|---|---|---|---|
| ♈ | ♂ 10 | ☉ 20 | ♀ 30 |
| ♉ | ☿ 10 | ☽ 20 | ♄ 30 |
| ♊ | ♃ 10 | ♂ 20 | ☉ 30 |
| ♋ | ♀ 10 | ☿ 20 | ☽ 30 |
| ♌ | ♄ 10 | ♃ 20 | ♂ 30 |
| ♍ | ☉ 10 | ♀ 20 | ☿ 30 |
| ♎ | ☽ 10 | ♄ 20 | ♃ 30 |
| ♏ | ♂ 10 | ☉ 20 | ♀ 30 |
| ♐ | ☿ 10 | ☽ 20 | ♄ 30 |
| ♑ | ♃ 10 | ♂ 20 | ☉ 30 |
| ♒ | ♀ 10 | ☿ 20 | ☽ 30 |
| ♓ | ♄ 10 | ♃ 20 | ♂ 30 |

adhibere. Cuius auctoritate nos commoti omittendas cēsemus: illas autem, vt aliquid de iis sciamus, tabula ex Pontano collecta proponimus, præcipientes vt in iudicio non adhibeantur, nec in tabulam dignitatum euitandæ confusionis ergo referantur.

Tribuunt autem Planetis in Decuriis suis constitutis vnicam dignitatē: quod falsum omnino est. Aut enim easdē habent cum finibus, aut omnino nullas, nec aliqua videtur tribuēda, cū SSS. in tabula ponantur.

Deniq; displicet quoque hoc loco de duodenariis signorum, hoc est, quomodo veteres in duodecim partes distribuerint signa cœlestia, item de duodenariis Planetarum verba facere, cum non solum Pontanus, verum etiam Iulius Maternus excellens Mathematicus illas distributiones inutiles & nullius pretii dixerit. Vltimo loco obserua hoc, anteq̃ ad debilitates alias Planetarū accedamus, Planetā in nulla harum dignitatū cōstitutum (excipe enim detrimentum & casum, siquidem in iis debilis Planeta censetur) peregrinum dici, & tunc quinque obtinere debilitates creditur: vt postea in dignitatum & debilitatum tabulis videbimus. Hæc de generalib. quibusdam Planetarū dignitatibus in signis: Sequitur specialia quoque Planetarum inter sese. Accidit autem primo sæpissime, vt Planeta suas dignitates inuicem permutet, vt vnus in alterius Planetæ domicilio vel exaltatione (ex his enim duabus dignitatibus tantum fit receptio) & vicissim alter in prioris dignitate eadem constituatur, ac talis permutatio, receptio, seu mutuus receptus appelletur. Estq; ue duplex receptio, vna ex domicilio, altera ex exaltatione.

Receptio ex domicilio nominatur, quando Planetæ signa, in quibus domicilia obtinent, hoc modo permutant, vt in nostra genitura: ♀ in ♓. ♃ vero in ♉, duo illi sese Planetæ recipiunt è domiciliis, ♀ in domo ♃ est in ♓. ♃ vero in ♉. in domo ♀.

Receptio ex exaltatione vocatur, quādo Planetæ signa, in quibus exaltantur, inuicem permutant, ita vt alter alterius locum occupet, seu receptio ex altitudine est, quando Planetarum aliquis in alterius exaltatione, & vicissim alter in prioris exaltatione versatur. Vt si ♂ in ♎ versaretur, exaltatione ♄ni, ♄ è contra in ♑, exaltatione ♂tis, tum dicendum, illos Planetas sese mutuo recipere exaltationibus. Talis vero receptio Planetæ tot tribuit & largitur dignitates fortitudinesque, quot ipsa, ex qua fit receptio, dignitas. Probe autem hoc in loco obseruandum est, vnā receptionē digniorem & feliciorē altera, vt quæ fit ex △ & ✱ radio. Minorem autem & infeliciorem, quę fit ex □ vel ☍ sese intuentibus, vel detrimento aut casu.

Vltimam, quam sortiuntur dignitatem Planetæ vnicam, dicunt Almugeam

mugeam Planetarum. Est autem Almugea nihil aliud, quam certa quædam collatio Planetarum situs cum situ luminarium: impropriè visio à facie ad faciem nominatur. Almugea illa est duplex, Solis & Lunæ.

Almugea Solis obtinere Planeta dicitur, quando ad Planetam à Sole tot fuerint signa SSS. quot inter ♌ domicilium Solis, & domiciliũ istius Planetæ, principaliter continentur, vt inter ♌ & ♑, Solis scil. & Saturni domicilium signa SSS. sunt quinque, ♄ igitur distans à Sole quinque signis dicitur esse in Almugea Solis. Simili ratione quoque de cæteris, præsertim cum à Sole exclusiue fuerint SSS. in ♄ quinque, in ♃ 4. in ♂ 3. in ♀ 2. in ☿ 1. vt ostendit hæc tabula.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| ♄ | ante Solem per signa | 5 | dicuntur in Almugea Solis. |
| ♃ | | 4 | |
| ♂ | | 3 | |
| ♀ | | 2 | |
| ☿ | | 1 | |

Quando igitur, exempli causa, ☉ versatur in ♈, & ☿ in suo domicilio in ♊, vbi tantum vnicum signum interiectum, ☿ dicitur esse in Almugea ☉lis, & tantum vnicam essentialem dicitur habere dignitatem: quẽadmodum reliqui vnicam dignitatem Almugeam ☽næ Planeta obtinere dicitur, quando à loco ☽ CSS. distat tot signis, quot inter ♋ domiciliũ ☽ & domum Planetæ secundariam seu minus principalem intercipiuntur: in ♃ domus secundaria est ♓, quod signum à domicilio Lunæ, videlicet ♋ CSS. distat quatuor signis, quare ♃ à loco ☽ CSS. remotus 4. signis, in Almugea Lunæ esse dicitur. Idem cogitandum de Planetis reliquis, sicuti sequens tabella ostendit.

| | | | |
|---|---|---|---|
| ♄ | Distans à ☽ contra seriem signorum per signa | 5 | dicitur in Almugea ☽. |
| ♃ | | 4 | |
| ♂ | | 3 | |
| ♀ | | 2 | |
| ☿ | | 1 | |

Hæc de dignitatibus essentialibus Planetarum, quæ ipsis ex congenita virtute insunt, vel quæ ex familiaritate signorum eiusdem naturæ cõtrahuntur, & idcirco essentiales vocantur, dicta sufficiant.

Nunc σὺν θεῷ ad accidentales Planetarum dignitates accedamus.

CAPVT

## CAPVT V.

### *De dignitatibus Planetarum accidentalibus.*

ACcidentales Planetæ dignitates capiunt partim ex aliis atque aliis cœli locis, in quibus constituuntur, partim ex configurationibus inter se, vel benignis vel malignis radiis, quæ cum fortuitæ sint, atque singulis ferè temporũ momentis immutentur, accidentales vocantur. Recensebimus autem eas ordine ex sententia Ptolomæi. I. dicitur Carymi seu cor Solis. In Carymi existere, hoc est, in corde Solis Planeta dicitur versari, quando Planeta Soli ante vel post iungitur inter sedecim minuta, & tum quinque sortitur dignitates, vt quando in alicuius genitura ☉ constituitur in 8. gradu ♊ vel alterius signi, ♀ in eodem signo in 8°. 15′. vel alio, ita vt decimumsextum numerum non excederet, diceretur esse in Carymi seu corde Solis. Porro Planeta constitutus in cœli locis optimis dignitates quoque percipit, vt in M.C. seu domo X. dignitates 5. In horoscopo seu in domo prima habet etiam 5. In domo 7. vel 4. habet 4. in 11. vel 5. habet 3. in 9. & 2. duas, in 3. vnam. Dignitates quoque percipit Planeta, quãdo liber est à cõbustione & radiis solaribus, &c. Dicitur liber à cõbustione & radiis Planeta, cũ à Sole distat ante vel post plus 15°. seu medietate orbis Solis, vt qñ versaretur in aliqua genitura ☉ in 23°. 40′. )(. ♀ vero in 3°. 8′. )( liber est à cobustione & radiis, & tũc hẽt dignitates quinq;.

Directus Planeta dicitur, quando SSS. sub Zodiaco incedit, seu cum sequentis diei motus in Ephemeridibus crescit supra motum diei præcedentis, hoc autẽ Planetis accidit, superiores Epicyclorum ambitus perlustrantibus, vt in nostro exemplo præter ♄ omnes sunt directi, & tunc habet dignitates quatuor.

Velox cursu dicitur Planeta, quando motus eius diurnus verus est maior medio. Hæ autem Planetarum affectiones cognoscuntur ex differentia verorum motuum, quæ per subtractionem minoris à maiori elicitur, collocata denique cum motibus Planetarum mediis seu æqualibus. Possunt autem motus Planetarum cognosci ex hac tabula.

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| Motus diurnus medius | ♄ | est | 0° | 2′ | 0″ | |
| | ♃ | | 0 | 4 | 59 | |
| | ♂ | | 0 | 31 | 27 | |
| | ☉ | | 0 | 59 | 8 | |
| | ♀ | | 0 | 59 | 8 | |
| | ☿ | | 0 | 59 | 8 | |
| | ☽ | | 12 | 11 | 27 | Mensis synodici. |
| | | | 13 | 10 | 35 | Mensis periodici. |

Orientales Planetę dicuntur tres ſuperiores, à coniunctione ipſorum cum Sole vsque ad oppoſitionem, id eſt, dum deſcendētem Epicycli medietatem perambulant, mane ante Solis exortum oriuntur, ſic conſtitutus habet duas dignitates; Planeta in domo 12. conſtitutus habet debilitates 5. In reliquis duobus domiciliis, 8. & 6. nimirum, habet debilitates quatuor.

Cōbuſtus Planeta dicitur, cum plus 16′ à Sole ante vel poſt diſtat, minus vero medietate ſui orbis aut exacte. Nominatur autem medietas orbis ſpatium Zodiaci, quod dimidius Planetæ vel ſtellæ globus obtegit in Zodiaco, à centro videlicet ad circumferentiam conſideratus occupans, in aliis vero Planetis eſt maius, in aliis minus, cum inter ſeſe Planetarum corpora globoſa non ſint æqualia. Eorum ergo medietates in tabella ſequenti proponuntur. Vt ſi in aliqua genitura ☿ eſſet in 11°.47′. ♍. ille à Sole in 8°.11′. ♍ conſtituto, diſtat tribus gradib. tantum, & 36′. quæ diſtantia orbis ☿ eſt minor 16°. dicitur itaque combuſtus. Et hac conſtitutus ratione habet debilitates 5.

| Medietas orbis ſiue lux | | eſt ante & poſt | | gradus. |
|---|---|---|---|---|
| | ♄ | | 9° | |
| | ♃ | | 9 | |
| | ♂ | | 8 | |
| | ☉ | | 15 | |
| | ♀ | | 7 | |
| | ☿ | | 7 | |
| | ☽ | | 12 | |

Oppreſſus Planeta dicitur ſeu ſub radiis, quando à Sole diſtat ante vel poſt plus ſui orbis medietate, minus autem medietate orbis Solis, id eſt, 15°. Vt ☿ in noſtra genitura conſtituto in 14°.9′. ♈ diſtat à ☉ in 23°.35′. ♈ hærente 9°.26′. Non autem excedunt illi medietatem orbis Solis. Dicitur igitur ☿ in hac noſtra genitura oppreſſus ſeu eſſe ſub radiis, & hac ratione percipit debilitates 4.

Retrogradus Planeta dicitur, cū in præcedentia ſigna ſeu contra ordinem ſignorū mouetur, vel cum ſequentis diei motus in Ephemeride decreſcit, & minor eſt motu diei præcedentis, vt in noſtra genitura ♄ eſt ℞. quia eius motus fit in antecedētia, vel motus diei ſequentis decreſcit. Ita conſtitutus Planeta habet debilitates quinque.

Tardus motu Planeta dicitur, cum vel S. vel CSS. incedit, & motus eius diurnus verus minor eſt motu medio: hac ratione conſtitutus habet debilitates duas.

Occidentales à Sole tres ſuperiores quoque Planetæ vocantur ab oppoſitione ipſorum cum ☉ vsque ad compunctionem, id eſt, dum dextrā

Epicycli medietatem perambulat, deſcendentes ab apogæo Epicycli adaugent, in hac enim deſcendente medietate hærẽtes, poſt Solis occaſum occidunt, vt in noſtro exemplo ♃ & ♂ ſunt occidentales, quia Solem occidentem motu primi mobilis ſequuntur, ☿ vero & ♀ orientales, quẽadmodum & ♄. illi ſiquidem antecedunt Solem. Eodem autem modo duo inferiores, videlicet ☿ & ♀ etiam orientales dicuntur, quamdiu ratione motus diurni Solem antecedunt, & mane ſupra Horizontem ante ☉ exortum eleuantur. Contigit autem hoc, ipſis aſcendentem Epicycli medietatem percurrentibus. Occidentales vocantur, quamdiu Solem ſequuntur, & veſperi poſt Solis occaſum ſupra Horizontem aliquandiu conſpiciuntur, & hoc modo afficiuntur per ſiniſtram Epicycli medietatem ab auge ad oppoſitum deſcendentes. Hæc quoque Planetarum affectio ex Ephemeridum tabulis optime deprehẽdi poteſt. Porro, quod ad ☽ attinet, dicitur illa orientalis ab oppoſitione ſeu plenilunio, vſque ad coniunctionem ſeu nouilunium. Occidentalis à cõiunctione ſeu nouilunio vſque ad oppoſitionem ſeu plenilunium, vt in noſtro exemplo ☽ eſt occidentalis, quia tendit à coniunctione ad oppoſitionem.

Lumine augeri ☽ dicitur, quãdiu à coniunctione cum ☉ recedit verſus ☍, interea lumen eius paulatim creſcit, donec ab oppoſitione ſit πανσέληνος.

Luna lumine diminuta dicitur, cum lumen eius decreſcit ab oppoſitione cum ☉ vſque ad coniunctionem, vbi lumine à terris auerſo aliquandiu latet.

Tandem ad accidentales quoque Planetarum dignitates aſpectus referuntur, qui nihil aliud ſunt, quam interualla in Zodiaco conſiderata, per quæ Planetæ ſibi inuicem virtutes ſuas communicare, aut econtra mutuo affligere creduntur. Etſi autem quælibet ſtella innumerabiles ex ſeſe radios orbiculariter vtpote corpus ſphæricum effundit, tamen ex his quinque tantum, qui videlicet per integra ſigna & partes ſignorũ integras conſtituuntur, maximam vim obtinere experiẽtia deprehenſum eſt. Sunt igitur aſpectus Planetarum quatuor tantum, vtpote ⚹ □ △ ☍, quibus annumeratur etiã coniunctio. Sextilis aſpectus nominatur Grȩcè ἑξάγωνος, qui fit per ſextam Zodiaci partem, id eſt, per 60. gradus ſeu duo ſigna ante & retro à Planetæ loco numerata, vt in principio ♎ Planeta cõſtitutus, ⚹ radium in principiũ ♌ ante ſe, & principium ♐ poſt ſe reiicit. Hic aſpectus ſex lineolis notatur ex vno centro egredientibus hoc modo ⚹. Nam tales ſex radii totum circulum Zodiaci in ſex arcus æquales, quorum quilibet 60. continet, dirimunt. Cenſetur hic aſpectus mediocriter bonus, cum ſigna hoc interuallo à ſe inuicem diſtantia ſexu

& natura cõueniāt. Quadratus, Græce τετράγωνος vocatus, qui per quartam Zodiaci partem, id est, 90°. seu 3. signa à loco Planetæ ante & retrocedit. Signatur figura quadrata hoc modo □. cum quatuor tales radii totam Zodiaci circumferentiam in quatuor æquales quadrantes dirimāt. Iudicatur hic aspectus mediocriter malus, propter disconuenientiam signorum in natura & sexu, quæ tali radio connectuntur. Trinus aspectus, Græce τρίγωνος, qui à loco Planetæ ante & retro per tertiā Zodiaci partē, id est, 120. gradus proiicitur, & tali charactere notatur △, propterea quod tales radii in Zodiaco triangulum, æquiāgulum & æquilaterum constituant. Sua natura hic radius bonus est, partim propter efficaciam, partim quod signa connectit sexu & natura conuenientia.

Oppositus radius, διάμετρος Græce, vulgo diametralis dicitur, qui ex oppositis signis per circuli Zodiaci medietatem, siue 180°. proiicitur, notatur tali charactere ☍. Vbi duo oculi per lineam rectam connectuntur, duorum Planetarum per diametralem lineam connexionem exprimentes. Censetur maxime malus, partim propter disconuenientiam naturarum in signis oppositis, partim propter maximam talium signorum distantiam, quæ mutuam virium communicationē prohibet. Coniunctio Planetarum Græce σύνοδος nominatur, duorum aut plurium Planetarū in eodem signo vel gradu constitutio, notatur hoc signo ☌. vt duorum orbium in vnico puncto constitutio vel comprehensio significetur. Aspectibus autem improprie annumeratur, cum non sit Planetarum per aspectum copulatio seu connexio, sed ipsorum corporum in certa quadam Zodiaci parte vnio, vnde naturæ censetur indifferentis. Nam benignorum Planetarum ☌ bona, malignorum vero mala est. Qualem vero efficaciam referat, manifestum est, coniunctionem reliquis omnibus aspectibus esse anteponendam. Corpus enim Planetæ vel affligit vel iuuat euidentius, quam aliorum aliquis aspectuum, &c.

Porro hi aspectus aut sunt partiles aut Platici.

Partilis aspectus dicitur, cum à stella ad stellam numerantur tot cœli partes, quot configurationem ipsam constituunt. Requiruntur autem ad cōstituendam sexangularem figuram 60. integræ partes: ad quadrangularem 90. &c. vel quando stellæ mutuo se aspicientes tanto à se inuicē interuallo distant, quanto ad aspectus illius constitutionem requiritur. Item, quando radii Planetarum se mutuo aspicientium in numerū suorum orbium cadunt: vt in nostro exemplo ♀ & ☽ aspiciunt sese ✱ partili. Sic ♄ & ♀ aspiciunt sese △ partili.

Platicus aspectus vocatur, cum signa quidem ipsa se aspiciunt, plures tamen aut pauciores partes, quam par est, inter stellas ipsas statuuntur.

vel

Vel, quando Planeta radium ſuum in ſignum quoddã, in quo alius Planeta verſatur, proiicit, ſed non in gradus ſigni ipſius, in quo Planeta hæret; ſeu qui extra medietatem orbis Planetarum cadit: vt in noſtra genitura ♄ aſpicit ♂ & ♃ oppoſito Platico: ♄ enim conſtituitur in 26°.39'.♏ ℞. ♂ vero & ♃ in 6°.& 7°.♉. Diſtant igitur inuicem plus 20. integris gradibus. Sed oppoſitus quem proiicit ad ☽ ♄ eſt partilis.

Porro hos aſpectus rurſus diuidunt Mathematici in dextros & ſiniſtros. Dextri aſpectus vocantur, qui à loco Planetæ CSS. tot gradibus, quot aſpectus ille requirit; ſiniſtri aſpectus vocãtur, qui SSS à loco Planetæ cadunt. Vt in noſtra genitura ♀ in ♓ proiicit ✱ ſiniſtrum ad ☽. ☽ in ♉ proiicit contra dextrum ad ♀ Idem quoque iudicium erit de □ & △ aſpectibus. Et, vt inquit Pontanus, ſtellæ poſitæ in ſuperiori Hemiſpherio dicuntur aſpicere Horoſcopum dextra irradiatione, ſiue ea hexagona ſit, ſiue tetragona, aut trigona: rurſus ſiniſtra, quæ in Hemiſpherio collocantur inferiori. De his duabus vltimis diuiſionibus probe hoc obſeruandum eſt, partiles aſpectus ſemper eſſe efficaciores, vel in bonitate, vel in malignitate Platicis. Eodem modo ſiniſtri dextris iudicantur quoque præſtantiores. Hanc autem addit rationem Pontanus, quod Planeta in decimo vel vndecimo collocatus citius ad Horoſcopum motu ſuo progreditur, quam, qui in tertio, quarto aut quinto loco repertus eſt. Ille enim accedit ad Horoſcopum & tanquam properat ſua ſponte: hic vero abit ac longius recedit; deinde quod ſæpe natura decimus locus quarto præfertur.

*Præcepta quomodo tabula Aſpectuum aut Radiationum ſit conficienda.*

1. A ſiniſtra verſus dextram in planum ducãtur lineæ nouem in longitudinem tendentes.

2. A ſuprema illa linea ad inferiorem in latitudinem lineæ ducantur 13. ita, vt adhuc aliquod ſpatium, in quod commode gradus & minuta Planetarum poſſint inſcribi, relinquatur.

3. In aream ſuperioris lineæ inſcribantur 12. ſigna cœleſtia.

4. Planetæ conſtitutionem, vt in themate, ſub ſigni ſui in quo verſatur charactere ſcribo, cum gradibus & minutis, ita, vt qui Planeta plures habuerit gradus inferiore ponatur loco, qui pauciores, primo loco.

5. Inſpicio Planetæ corpus, & relinquo tam verſus dextrum quam ſiniſtrum in area vnicum ſignum vacuum, ſeu ad quod ita cõſtitutus Planeta nullum habeat aſpectum; ad ſequens ſignum porro ✱ ad quartum □. ad quintum à Planetæ corpore diſtans ſignũ △. ad oppoſitum vero ſignum, in quo corpus Planetæ conſtituitur ☍. Et habeo totam tabulam

confectam. Ex hac denique tabula examino omnes significatores, & habebo verum & perfectum iudicium. Nota autem, aspectus considerari respectu Planetæ & respectu signi, eosque aspectus omnes esse accommodandos ad illud quod ponitur signum & corpus, qui in areis sub illo signo descendentibus habentur, vt ex ipsa tabula, & postea ex vtilitate apparebit.

*Tabula Radiationum nostræ genituræ.*

| ♈ | ♉ | ♊ | ♋ | ♌ | ♍ | ♎ | ♏ | ♐ | ♑ | ♒ | ♓ | ° | ʹ |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | ♂ | | ✶ | □ | △ | | ☍ | | △ | □ | ✶ | 6 | 44 |
| | ♃ | | ✶ | □ | △ | | ☍ | | △ | □ | ✶ | 7 | 55 |
| ☿ | | ✶ | □ | △ | | ☍ | | △ | □ | ✶ | | 14 | 9 |
| | ☽ | | ✶ | □ | △ | | ☍ | | △ | □ | ✶ | 21 | 12 |
| ☉ | | ✶ | □ | △ | | ☍ | | △ | □ | ✶ | | 23 | 35 |
| | ✶ | □ | △ | | ☍ | | △ | □ | ✶ | | ♀ | 25 | 27 |
| | ☍ | | △ | □ | ✶ | | ♄ | | ✶ | □ | △ | 26 | 39 |

*Vsus huius Tabulæ.*

Vtilitas huius Tabulæ hæc est: Primum quot & quales à Planetis reliquis omnibus aspectus ad Planetam qualemcunque vel etiam ad punctum cœli quodcunque perficiãtur. Quæratur enim in area tabellæ Planetæ character, & columnula supra vel infra characterem (vt supra quoque breuiter attigimus) aspectus exhibet omnes, qui ad istum Planetarum proiiciuntur: vt in nostra genitura ♄ characterem inuenio sub signo ♏ ac video supra ☍ ♂. ☍ ♃. ☍ ☽. △. ♀. Atque hi radii omnes emittuntur ab aliis Planetis ad corpus ♄ &c. Sic quoque de reliquis iudicandum.

Secundo ostendunt, ad quæ cœli puncta, & ad quos Planetas quilibet Planeta suos proiiciat radios, vt in proposita genitura video ☿ proiecisse ✶ ad ♊. □ ad ♋. △ ad ♌. ☍ ad ♎. △ ad ♐. □ ♑. ✶ ad ♒. illos quidem

dem aſpectus ſiniſtros, hos vero dextros. Similiter ♄ ✱ ſiniſtrum proiicit è ♏ ad ♑. □ ad ♒. △ ad ♓. Sextilem dextrum ad ♍. □ ad ♌. △ ad ♋. ☍ ad ♉. Agnoſcitur etiam ex hac tabella diſcrimen inter aſpectus partiles & Platicos, qui quomodo, cum ſupra ſufficienter de ipſis dictum ſit, cognoſcendi ſint, hic breuitatis cauſa omittemus: cum ex ſuperioribus cognoſcere ſit facilimum. Hæc de Planetarum, ſignorum & cœli domiciliorum dignitatibus, ſignificationum naturis ſeu fortitudinibus eſſentialibus & accidentalibus ſufficiant. Nunc quomodo eæ dignitates Planetarum & domorum vel etiam debilitates earum per numeros colligendæ ac dirigendæ ſint, vt fortitudines eorum in qualibet genitura facilius agnoſcantur, oſtendam. Huic itaq; rei inſeruit ſequens tabella, quę ordinem dignitatum eſſentialium cum ſuis numeris exhibet.

## TABVLA FORTITVDINVM.

| | |
|---|---|
| In domicilio vel receptione ex domicilio | 5. |
| In exaltatione aut receptione ex exaltatione | 4. |
| In triplicitate aut participatione | 3. |
| In termino | 2. |
| In gaudio | 1. |
| In Almugea ſiue ☽ ſiue ☉ | 1. |
| In M.C. ſeu domo X. | 5. |
| In Horoſcopo | 5. |
| In domo 7. & 4. | 4. |
| In domo 5. vel 11. | 3. |
| In domo 2. & 9. | 2. |
| In domo 3. | 1. |
| In Carymi | 5. |
| Liber à combuſtione & radiis | 5. |
| Directus | 4. |
| Velox curſu | 2. |
| Orientalis | 2. |
| ☽ lumine aucta | 2. |
| Partilis ☌ cum ♃ & ♀ | 5. |
| Partilis ☌ cum ☊ | 4. |
| Partilis △ ♃ vel ♀ | 4. |
| Partilis ✱ ♃ vel ♀ | 3. |
| ☌ cum regulo in 23° ♌ inter diſtantiam quinque graduum, ante vel poſt. Item cum ſpica ♍ in 18°, ♎ | 5. |

TABV.

## TABVLA DEBILITATVM.

| | |
|---|---|
| Peregrinus | 5. |
| In ſuo detrimento | 5. |
| In caſu ſeu deiectione | 4. |
| In domo XII. | 5. |
| In domo VIII. vel VI. | 4. |
| Combuſtus à ☉ | 5. |
| Sub radiis ☉ | 4. |
| Retrogradus | 5. |
| Tardus curſu | 2. |
| Occidentalis | 2. |
| ☽ lumine diminuta | 2. |
| Partilis ☌ cum ♄ vel ♂ | 5. |
| Partilis ☌ cum ☋ | 4. |
| Obſeſſus à ♄ vel ♂ | 5. |
| Partilis ☍ ♄ vel ♂ | 4. |
| Partilis □ ♄ vel ♂ | 2. |
| ☌ cũ Algol ſeu capite Meduſæ, quæ ſtella in 20°. ♉ conſtituitur, intra diſtantiam quinque graduum, A. vel P. | 5. |

In his duabus tabulis collectæ ſunt omnes, de quibus ſupra dictum eſt, dignitates & debilitates Planetarum. Atque hoc modo colligendæ ſunt ordine ſingulorum Planetarum fortitudines & debilitates: & fortitudines à debilitatum, vel debilitates à fortitudinum numeris ſubtrahendæ ſunt, & prout numerus teſtimoniorum vicerit, iudiciũ de dignitatibus, mediocritatibus & debilitatibus Planetarum conſtituendum. Colligemus autem teſtimonia ſingulorum Planetarum propoſitæ genituræ, vbi prius tabulam fortitudinum & debilitatum ⊕ & cuſpidum adiecerimus, quæ ſic eſt:

## TABVLA FORTITVDINVM ⊕ & cuſpidum.

| | |
|---|---|
| In ſigno ♉ & ♓ | 5. |
| In ♎ ♐ ♌ ♋ | 4. |
| In ſigno ♍ | 2. |
| In ſigno ♊ | 3. |
| In finibus ♃ vel ♀ | 2. |
| In ☌ ♃ vel ♀ vel ☊. | 5. |
| In △ ♃ vel ♀ | 4. |

In

| | |
|---|---|
| In ⚹ ♃ vel ♀ | 3. |
| In domo 1. vel 10. | 5. |
| In domo 7. 4. | 4. |
| In domo 11. vel 5. | 3. |
| In domo 9. vel 2. | 2. |
| In domo 3. | 1. |
| In ☌ cum Regulo vel ſpica ♍ intra diſtantiam 5. graduum A. vel P. | 5. |
| Liber à combuſtione & radiis ☉ | 5. |

## TABELLA DEBILITATVM ⊕ & cuſpidum.

| | |
|---|---|
| In ſigno ♏ ♑ & ♒ | 5. |
| Signum ♈ neque fortitudinem Planetę tribuit, neque debilitatem. | |
| In finibus ♄ vel ♂ | 2. |
| In ☌ ♄ vel ☋ | 5. |
| In ☍ ♄ vel ♂ | 4. |
| In □ ♄ vel ♂ | 3. |
| In domo 12. | 5. |
| In domo 8. vel 6. | 4. |
| ☌ cum capite Meduſæ intra diſtantiam 5. graduum A. vel P. | 4. |
| Combuſta à Sole | 5. |
| Sub radiis Solis. | 4. |

Hoc quoque ordine cuſpidum & fortunæ dignitates & debilitates colligēdæ ſunt, & poſtea in iudicio pro dignitatum aut debilitatum vincente numero adhibendæ.

Nunc colligemus præcipuas noſtræ genituræ dignitates ſiue fortitudines.

### PRO FORTITVDINIBVS SOLIS.

☉ { Fortis ratione { Exaltationis, inde habet dignitates 4.
primæ domus 5.
Dignitates 9.
Debilis ratione termini ♂ 2.

G Sol

Sol igitur fortis & fortunatus censetur propter testimonia fortitudinum septem, duo debilitatum habens.

Pro fortitudinibus Lunæ.

| | | | |
|---|---|---|---|
| ☽ | Fortis ratione | Exaltationis | 4. |
| | | Triplicitatis | 3. |
| | | Domus secundæ | 2. |
| | | Luminis aucti | 2. |
| | | Velocitatis | 2. |
| | | ✶ partilis cum ♀ | 3. |
| | | Dignitates | 16. |
| | Debilis raõe | occidentalitatis | 2. |
| | | ☌ cum cap. Med. | 5. |
| | | Debilitates | 7. |

Luna fortis & fortunata habetur. Remanent enim subtractis debilitatum testimoniis nouem dignitatum testimonia.

Pro fortitudinibus Saturni.

| | | | |
|---|---|---|---|
| ♄ | Fortis ratione | libertatis à combustione | 5. |
| | | orientalitatis | 2. |
| | | △ partilis cum ♀ | 4. |
| | | Dignitates | 11. |
| | Debilis ratione | Domus VIII. | 4. |
| | | Retrogradationis | 5. |
| | | Debilitates | 9. |

Saturnus itaque est mediocriter fortis, quia subtractis debilitatum testimoniis duo dignitatum remanent.

Pro dignitatibus Iouis.

| | | | |
|---|---|---|---|
| ♃ | Fortis ratione | Receptionis ex domicilio | 5. |
| | | Horoscopi seu domus primæ | 5. |
| | | Directionis | 4. |
| | | Velocitatis | 2. |
| | | Libert. à combust. | 5. |
| | | Dignitates | 21. |
| | Debilis ratione | occidentalitatis | 2. |
| | | ☌ partilis cum ♂ | 5. |
| | | obsess. à ♂ | 5. |
| | | Debilitates | 12. |

Cense-

Censetur ♃ fortis, quod subtractis debilitatum testimoniis, nouem remaneant fortitudinum testimonia.

Pro fortitudinibus Veneris.

| | | | |
|---|---|---|---|
| ♀ | Fortis ratione | Receptionis ex domicilio | 5. |
| | | Exaltationis | 4. |
| | | Libertatis à combustione | 5. |
| | | Directionis | 4. |
| | | Primæ domus. | 5. |
| | | Fortitudines | 23. |
| | Debilis ratione nulla. | | |

Venus fortis & maxime fortunata est, quia longe superant testimonia fortitudinis testimonia debilitatum.

Pro fortitudinibus Martis.

| | | | |
|---|---|---|---|
| ♂ | Fortis ratione | Domus primæ | 5. |
| | | Libertatis à combustione | 5. |
| | | Directionis | 4. |
| | | ☌ partilis cum ♃ | 5. |
| | | Fortitudines | 19. |
| | Debilis ratione | Detrimenti | 5. |
| | | Radiorum Solar. | 4. |
| | | Occidentalitatis | 2. |
| | | Peregrinationis | 5. |
| | | Debilitates | 16. |

Mars mediocriter fortis habetur. Abiectis enim debilitatum testimoniis, tria tantum remanent dignitatum.

Pro fortitudinibus Mercurii.

| | | | |
|---|---|---|---|
| ☿ | Fortis ratione | Domus primæ | 5. |
| | | Libert. à combustione | 5. |
| | | Directionis | 4. |
| | | Velocitatis | 2. |
| | | Termini | 2. |
| | | Fortitudines | 18. |
| | Debilis ratione | Radiorum ☉ | 4. |
| | | Debilitates | 4. |

Mercurius fortis & fortunatus censetur propter numerum vincentem testimoniorum.

Hæc de dignitatibus Planetarum vt & debilitatibus, ſequuntur fortunæ & cuſpidum aliquot.

Pro fortitudinibus partis fortunæ.

| | | | |
|---|---|---|---|
| ⊕ | fortis ratione Domus primæ | | 5. |
| | Debilis ratione | combuſtionis | 5. |
| | | radiorum ☉ | 4. |
| | | finium ♂ | 2. |
| | | Debilitates ⊕ | 11. |

Fortuna debilis & infortunata eſt, cum numerus teſtimoniorum debilitatum ſuperet numerum dignitatum.

Pro M.C 28°. 12'. ♓

| | | | |
|---|---|---|---|
| M.C. | Forte ratione | ſigni ♓. | 5. |
| | | libertatis à comb. | 5. |
| | | Dignitates | 10. |
| | Debile ratione finium ♄. | | 2. |

Eſt itaque M. C. forte & fortunatum, cum ſubtractis debilitatum teſtimoniis remanent teſtimonia dignitatum octo.

Pro felicitatibus Horoſcopi.

| | | |
|---|---|---|
| Fortis ratione | ſigni ♓. | 5. |
| | ☌ cum ♀. | 5. |
| | libertatis à combuſt. | 5. |
| | Dignitates | 15. |
| Debilis ratione finium ♂. | | 2. |

Eſt itaque Horoſcopus fortis & fortunatus, cum dignitatum numerus multo maior ſit numero debilitatum.

Eodem prorſus modo reliquarum domorum omnium fortitudines & è contra debilitates colligendæ ſunt, antequam iudicium de accidentibus, quæ domus quælibet exhibet, conſtituitur. Collectis tandem ſingulorum Planetarum & figuræ partium teſtimoniis, fortitudinibus, aut è contra debilitatibus, ipſi inter ſe conferantur, & pro ratione fortitudinum aut debilitatum ſingulis ex ordine locus attribuatur, ex quo ipſius dignitas aut è contra ἀδυναμία cognoſcatur, vt ex Planetarum propoſitę geniturę dignitatibus & debilitatibus videre eſt, quorum dignitates & debilitates hic colligere inutile eſſe exiſtimo. Hæc de dignitatibus Planetarum & eorum denique debilitatibus breuiter, nempe, quomodo illæ colligendæ ſint, dicta ſufficiant. Nunc ad ipſum tractatum de iudiciis accedam: ac quomodo ſingulorum nati accidentium ſignificationes eruendi ſint, & ex horum natura & conditioue iudicium de his conſtituendum

dum, ordine oſtendam. Antequam autem illud fiat, prius aliquid de Domino Geniturę, quomodo ille inueniendus ſit, dicam.

## De Domino Genitvræ.

Antequam ad tractatum de vita & reliquis nati accidentibus iudiciū inſtituam, rationem prius eligendi Dominum Geniturę oſtendam, cuius in iudicio de moribus conſideratio exiſtit. Sunt autem Aſtrologorū variæ ſententiæ de eligendo Domino geniturę, & inprimis inter Arabes & Ptolomæum maxima eſt diſcrepantia, quemadmodum & Iulius Firmicus quatuor tradit modos, quorum vnum tantum probat, videlicet hunc, dicens illum Planetarum eſſe dominum Geniturę qui dominatur ſigno, ad quod ☽ poſt peragratum ſignum, in quo ipſa tempore natiuitatis inuenta eſt, progreditur; vt ſi tempore natiuitatis eſſet ☽ in ♈. Domina geniturę erit ♀. quod dominium illa habeat in ♉. qui ſtatim ordine ſequitur. Atque hac ratione ☉ & ☽ nunquam domini geniturę efficerentur, quod auctores ſint generationis vitę & caloris vitalis. Cum hoc modo etiam Pontanus lib. 8. cap. 1. conſentire videtur. Arabes vero, quos multi hoc tempore Aſtrologi ſequuntur, Dominum geniturę ex quinque locis Hylegialibus (de quibus paulo poſt dicemus) natiuitatis extrahunt, videlicet ex aſcendēte ſeu horoſcopo, ex loco Solis, ex loco Lunæ, ex loco Fortunæ, & ex loco coniunctionis aut oppoſitionis natiuitatem proxime præcedentis. Quicunque igitur plures dignitates eſſentiales in his quinque locis obtinuerit, illum geniturę dominum eſſe pronunciant. Nos vero eam rationem eligendi Dominū geniturę reliquis omnibus firmiorem credimus, quæ probabilioribus cauſis cum ipſa natura congruentibus nititur. Atque hac ratione is Planeta Dominus geniturę conſtituendus eſt, qui reſpectu dignitatum eſſentialium fortior eſt reliquis, & ſimul cœli locum optimum occupat. Si vero vni alicui Planetæ hæc duo ſimul non accidant, vt videlicet ratione dignitatum eſſentialiū potior ſit reliquis, & ſimul cœli locum optimum occupet, aſſumendus quoque ad hanc dignitatem, id eſt, qui in eſſentialibus dignitatibus fortior eſt, particeps vero huius Domini adiungendus eſt ipſe, qui potiſſimum cœli ſeu figuræ locum occupat. Atque hac ratione commodiſſime Dominus figuræ elicitur. Conſentaneum enim eſt gubernationem vitæ & præcipuarum actionum nati commendandam eſſe Planetæ fortiſſimo potius quam debili. Quare hanc rationem Dominum geniturę eligendi præferendam eſſe Arabum commentis exiſtimamus. Hoc autem ordine (licet & ſupra dictum ſit) ſibi domicilia cœli inuicem ſuccedunt. Nobiliſſima domus eſt 10. ſeu M.C. huic dignitate ſuccedit 1. dehinc 7. 4. 11. 5. 2. 9. 3. &c.

Nota: Luminaria, licet in propriis dignitatibus constituantur, ad hoc officium non admitti, idque fieri propter præstantiam, cum alias ex ipsis principale iudicium de rebus ad vitam nati pertinẽtibus sumatur, & ipsa sola, vt dici solet, dimidium in qualibet natiuitate obtineant. Exemplũ: Nostræ geniture ♀ est Domina. Est enim inter reliquos Planetas fortissima ratione essentialium & accidentalium dignitatum, & simul locum præ reliquis nobilissimum primam videlicet occupat. Participem facere nullum possumus, nisi ☿. qui etiam in prima cõstituitur; sed propter loci præstantiam, & dignitatum essentialium & accidentalium multitudinẽ ♀ sola Domina huius geniture est.

# DE VITA.

## CAPVT I.

BLATO aliquo themate, ex cuius consideratione iudicium de futuris nati accidẽtibus constituendum est, prima consideratio de vita esse debet. Nam, vt Ptolomæus inquit lib. 3. cap. 10. quadripartiti, frustra de reliquis nati accidentibus, vt ingenio, moribus, cõiugio, diuitiis, honoribus, & similibus aliquid pronunciatur, nisi prius constiterit, an duratura sit eius vita ad ætatem talibus actionibus conuenientem. Quanquam autem iudicium de longiori & breuiori vita perfectius desumi potest ex directionum tabulis, cuius doctrinam in quarta huius doctrinæ parte tradituri sumus: Generalis tamen consideratio hæc semper præmittenda est. Si enim vitam breuem, vel mediocrem, vel lõgam astra nato decernunt, omni dubio procul speciale iudicium, quod directionum proprium, vitam, annum & terminum vitæ, vel breuem, vel longum, vel mediocrem certitudine maiore ostendet. Est & hoc ex generali iudicio colligendum, non opus esse nos de reliquis nati accidentibus iudicare, si vitam ei astra breuem portendunt. In iudicio autem generali de vita longa vel breui primo eliciendi sunt vitæ significatores, eorumq; significationes, fortitudines & debilitates, tam essentiales quam accidentales examinandæ, & postea collatione instituta, ex numero fortitudinum vel debilitatum eorum de vitali virtute vel ἀδυναμία pronunciandum. Significatores autem vitæ constituuntur hi in omnibus & singulis genituris: 1. Duo luminaria videlicet Sol de die, & Luna de nocte (imperium enim Solis si diurna, Lunę vero si nocturna natiuitas, obtinet) 2. Domini luminarium, id est, Planetæ, qui in signis luminarium obtinent domicilia.

micitia. 3. Aſcendens ſeu horoſcopus vnde iudicium de vita ſumi ſolet. 4. Dominus horoſcopi. 5. Apheta ſeu hylegium, cuius inuentionē paulo poſt oſtēdam. 6. ⊕ pars. 7. Dominus partis ⊕, Hi ſignificatores omnes comprehenduntur tali Aphoriſmo: Si fortes (inquientes) & fortunati fuerint in ſuis dignitatibus eſſentialibus, puta domo, exaltatione aut triplicitate, vel in receptionibus mutuis, vel in domibus ac terminis beneficorum, ab hoſtilibus radiis maleficorum liberi, ac in beneficorum aſpectibus conſtituti, vel etiam maxima ex parte potentes, longam vitam, & vitalem virtutem robuſtam, nec variis morbis obnoxiam decernunt. Quod ſi aliqui fortes & aliqui debiles fuerint, vt ſi in domiciliis quidem conſtituerentur, attamen in abiectis cœli locis, vel hoſtilibus maleficorum aſpectibus, mediocritas colligenda eſt, in partem declinans iſtam, quam maior teſtimoniorum numerus monſtrat.

## De Inveniendo Hylech.

In inuentione huius à Ptolomæo diſſentiunt Chaldæi & Arabes, nos illius doctrinam obſeruantes de Hylegio ſeu Apheta, item de vita aliquas paucas & quidem breues regulas trademus.

1. In diuturna genitura conſiderandus eſt primo loco ☉ qui ſi in aliquo Apheticorum locorū conſtituitur, omnino eſt Hylech. Loca autē, vt ſupra commemoratum eſt, Aphetica ſunt, M.C. Horoſcopus, XI. domus, VII. & IX. Si itaque in aliquo Apheticorum locorum ☉. ſi diuturna genitura, conſtituitur, erit Apheta ſeu Hylech. Sunt autem cōmemorata domicilia omnia ſupra terram, propterea ab hoc officio remouentur ſubterranea. Stellæ enim infra terram hærentes, vires ſuas in ſuperius hemiſphærium extendere non poſſunt. Excluduntur quoq; abiecta loca cœli, vt domus 12. 8. & 6. nullum ſiquidem cum Horoſcopo poſſunt habere aſpectum, nullamq; affinitatem, ſed malos ſemper ſignificāt euentus. Quod ſi forſan ☉ in aliquo horum locorum non conſtituatur de die, conſideranda eſt ☽. quæ ſi in loco hylegiali conſtituatur, illi dignitas hylegialis eſt aſcribenda. Sic ſi nec ☽ in aliquo dictorum Apheticorū reperitur, Almuthen ſume locorum ☉ & ☽. Coniunctioneſque proxime natiuitatē antecedentes immediate, vel ☍ præcedentes, id eſt, illū Planetam, qui in illis locis plurimas dignitates eſſentiales habuerit, & ſi is in aliquo locorum dictorum verſatur, Apheticam dignitatem ſuſcipiet. Si deniq; Almuthen horum trium locorum ☉ & ☽. & ☌ vel ☍ præcedentis ad hoc officium ineptum fuerit, vitæ moderationem ſeu hylegium Horoſcopo aſcribo.

Porro pro ſecundo in genitura nocturna cōſidero Lunā, an in aliquo

loco Apherico constituatur: quod si non constituitur, considera hoc in loco Solem, quemadmodum supra quoque Lunam in diurna considerauimus. Quod si neutrum luminare in aliquo locorum Hylegialiũ hæret, vide an Almuthen locorum ☉. ☽. ☌. & ☍. in Hylegiorum domo aliqua versetur. Vltimo, si nec Almuthen huic gubernationi præest, iterum ascendenti seu horoscopo dignitatem tribuas.

Vocamus autẽ Almuthen, vt supra diximus, Planetã, qui in locis quorum dicitur Almuthen, plurimas dignitates essentiales, vt per domum, exaltationem, triplicitatem, terminum & gaudium obtinet. Sic Almuthen locorum Solis & ☽ & ☌ vel ☍ vocatur, qui plures dignitates essentiales in illis habet locis, vt exempli gratia in nostra genitura ♃. ♂. & ☽ coniunguntur, est itaque Almuthen illorum ♀. habet enim gaudium & domum, &c.

Notãdum etiã hoc loco, quomodo Horoscopus sit Almuthen, quãdo videlicet 25°. habuerit, &c. Exempli autem causa quæramus nostræ geniture ☉ ☽ & ☌ Almuthen, ☉ 23°. 35′. ♈. locus ☽ in 21°. 12′. ♉. ☌ 20°. 41′. ♈. Almuthen horum locorum ita colligendum.

Domus Exalt. Tripl. Term. Gaud.

| | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| ☉ 23 35 ♈ | ♂ | ☉ | ♃ | ♂ | 0 | ☉ 8 | ♂ 14 |
| ☽ 21 12 ♉ | ♀ | ☽ | ♀ | ♃ | ♀ | ☽ 4 | ♀ 9 |
| ☌ 20 41 ♈ | ♂ | ☉ | ♃ | ♂ | 0 | ♃ 8 | |
| | 5 | 4 | 3 | 2 | 1 | | |

In collectione testimoniorum inuenio ♂ habere dignitates 14. ☉ 8. ☽ 4. ♀ 9. ♃ 8. ♄ 0. ☿ 0. Cum igitur ♂ plurimas in his tribus locis dignitates obtineat, Almuthen horum locorum fuerit.

*Exemplum electionis Aphetæ seu Hylech huius geniture.*

In hac genitura, cum sit nocturna, considero primo Lunam, quę cum constituatur in domo 2. in sua exaltatione, domicilio ♀, hylegialem ei dignitatem non ascribendam censemus. Decurrendum igitur erit ad Solem constitutum in prima domo in signo intercepto in ♈. domicilio ♂. quem hylegialem dignitatem obtinere pronuncio: censetur enim is locus hylegialis. Hæc de electione Aphetæ, ex cuius constitutione de vitæ quantitate vel breuitate iudicium sumitur, inserenda putaui. Nunc aliquot exempla variarum geniturarum pro superiorum regularum declaratione adiiciam, quo illæ dilucidiores euadant. Constitutionem autem talem, Ioachimum Camerarium natum anno 1500. M. April. 11. hor. 22. 15′. P.M. habuisse ex themate colligo: ☉ enim in eius genitura constitui-

tur

tur in 10.domo, feliciter à maleficorum radiis liber, cuſpis item primæ domus fortis eſt, quemadmodum & Luna à nullo maleficorum videlicet ♄ & ♂ læditur. Conſtitutio itaque illa longam ipſi vitam, vitalemq́; virtutem non variis morbis obnoxiam portendit. Talem quoque habuit conſtitutionē Paulus Eberus Theologus, qui natus anno 1511. Nouemb. D.7.H.13.P.M.habuit is Lunam conſtitutam in M.C.in loco potentiſſimo, & pene in ſua eſſentiali dignitate: Horoſcopum fortem & fortunatū liberumq́ue, Solem item in tertia, niſi quod in ♏ conſtituatur, à maleficorum radiis liberum, ⊕ in nona in ♉. fortē & felicem, Dominos eius quoque fortes & felices beneq́ue affectos, (in bonis cœli locis) propter receptionem mutuam. Qui ſignificatores maxima ex parte potentes & fortunati ipſi vitam longam ſignificarunt. Talia petens plura exempla, conſulas Hieronymum Cardanum, qui themata clariſſimorum virorum habet egregia.

*Pro vita breui generalem hanc conſidera regulam.*

Si omnes conſiderati vitæ ſignificatores debiles fuerint & infortunati, in malis abiectisq́ue cœli locis, in terminis & aſpectibus maleficorum; item eorum domiciliis, nullis beneficorum aſpectibus irradiati, debilem ac vitam breuem nato decernunt, & quo plura fuerint debilitatum imbecillitatumq́ue teſtimonia, eò breuior promittitur vita. Et ſi omnes afflicti & hoſtilibus radiis maleficorum læſi, vitam nato nutritionis annos non excedentem portendunt. Nominamus autem annos nutritionis, annos quatuor à natiuitatis tempore proxime elapſos, in quibus ob mēbrorum imbecillitatū infantes multis & variis morbis obruuntur, ita, vt diligens obſeruatio requiratur: ſi aliqui fortes, plures tamen infortunati & imbecilles extiterint, nutritionis quidem annos natus excedet, ad plenam tamen & perfectam ętatem nunquam perueniet; Vt in genitura Alexandri filii Auguſti Electoris Saxoniæ non ſolum Sol, verum etiam Horoſcopus ſeu aſcendens ab vtroque maleficorum affligitur. Sol enim eſt ab ipſis duobus obſeſſus, maleficis proiicientibus ad cuſpidem horoſcopi □.conſtituunturq́ue in angulo cadenti in non admodū bono cœli loco, quemadmodum & fortuna in malo loco cœli in malefici termino cōſtituitur. Luna vero in domicilio regio ab omniū maleficorum læſionibus libera exiſtit, quæ cōſtitutio ipſi quidem vitam nutritionis annos decreuit excedentem, ſed nec ad mediocrem ætatem, nec perfectam durantem. Talem conſtitutionem quoque habuit Hedvvigia filia Erneſti Comitis à Solms, quæ mortua eſt anno ætatis 13. Nota, hac ratione vidēdum eſſe, quo tempore vel melius vel deterius ſe habiturus ſit infans,

nutritionis annos in tres diuidendo tertias, qualibet vnum annum Iulianum cum quatuor mensibus complente. Illarum autem tertiarũ quælibet ordine tres habet triplicitatis dominos Horoscopi, quorum primus si fortis & fortunatus extiterit, prima nutritionis tertia bona erit. Si vero debilis & infortunatus, malam eam futurã significat. Simili quoque ratione de reliquis duabus tertiis iudicandum, dominisque triplicitatis, ita tamen, vt distributio tertiarum recte obseruata reliquis Dominis Horoscopi triplicitatis ordine tribuatur. Nunc ad specialia accedamus.

## De Vita Brevi Speciales aliquot Aphorismi.

Vniuersaliter nati in ☌ aut ☍ ☉ & ☽ partili, naturali quadam imbecillitate existunt infirmi, præsertim si luminaria hoc modo posita à maleficis afflicta, & in eorundem terminis fuerint. Et licet nutritionis annos excedant, ad perfectam tamen ætatem nunquam perueniunt, & infantes ita nati plerunque per dies aliquot formosi & pulchri, postea vero paulatim ad interitum declinant. Augetur malum si hæc cõditio fuerit & euenerit, in maleficorum terminis luminaribus cõstitutis. Sunt autem huius rei satis perspicuæ & naturales causæ apud Pontanum libr. 2. de rebus cœlestibus cap. 8. explicatæ, siquidem in coniunctione luminarium humiditas radicalis nimis tenuis est & adusta, partim, quod Luna lumen suum, quo humiditates concitat & adauget, sursum versus cœlum omne spargit, vnde omnes humores sensibiliter decrescere cernimus, partim propter combustionem, & qualitatum Lunæ destructionem à Sole, qua fit, vt modica humiditas superstes à nimia siccitate omnino & penitus consumatur. Semper tamen beneficorum quoque aspectus sunt considerandi: illis enim neglectis nunquam id, quod res est, pronunciauerimus. Nostri enim clarissimi Doctoris Wolfii filius in ipso Eclypseos tempore, scilicet ☌ est natus, σὺν θεῷ tamen propter beneficorum aliorum aspectus & moderationem optime, pie, & tranquille viuit. In oppositione vero contrarium fit. In hac enim nimia humorum copia calorem vitalem debilem obruit & extinguit. Huius aphorismi prębet exemplum Hermanni pastoris Myssenheimensis filius, natus anno 1593. die 19. Ianuar. hora 14. 25′. post meridiem, coniunctio luminarium in termino malefici partilis in iisdem gradibus & minutis fere in ♑ constituto in tertiæ domus cuspide, ipsis in secunda constitutis: ♄ in ♋ oppositione ipsa aspicit luminaria in signo humido & mutua receptione. Mortuus igitur decimo die post partum, & nisi receptio illa fuisset, quamprimum inter-

interiiſſet, iuxta Schonerum, inquientem, *Si luminaria coniungantur, ita, vt in iisdem gradibus conſtituantur & minutis, natus non viuet quatuor horas.* Tale quoque exemplum in genitura Gerlaci Angeli filiæ, in cuius genitura oppoſitione ex cardinibus ortus & occaſus ſeſe inſpiciunt luminaria, ab vtroque malefico læſa, altero in medio cœli, altero in imo cœli cõſtituto. Mortua eſt poſt partum duodecima die, &c. Similia exempla paſſim occurrunt, poteſtque antecedens exemplum ad ſequentem etiam regulam accommodari.

2. Luminaria ſi in angulis, præſertim orientis vel occidentis, fuerint à ♄ vel ♂. ☌. ☍. vel □ radiis læſa, eo tempore illaque conſtitutione natus nutritionis annos nunquam excedet. Et licet ob aliorum beneficorum aſpectus ſuperet, tamen nunquam ad ἀκμὴν perueniet. Talem genituram habuit Georgius Alciatus, qui natus eſt anno 1560. Menſe Nouembr. 18. hor. 0. 45'. P. M. ☉ & ☽ coniungebantur in cardine orientis, quos ♄ oppoſito radio affligebat, mortuus eſt igitur ex vomitu & diarrhæa cum febri aucta, anno 4. vbi directio Lunæ peruenit ad radium oppoſitum ♄ni. Talis quoque eſt genitura cuiuſdam puellæ mortuæ altero die poſt partum. Habuit enim luminaria ☽ & ☉ in occidente in domicilio malefici coniuncta, à ♂ & ♄. in medio cœli in ſigno intercepto ♋ conſtitutis □ læſa, &c.

3. Luna in ♈ in domo octaua ſi fuerit, breuis vitæ hominem & in adoleſcentia moriturum decernit, præſertim ſi aliquod antecedentium teſtimoniorum acceſſerit. Huius Ptolomæi Aphoriſmi ſunt exempla pauca obuia.

4. Luminaria partiliter coniuncta vel oppoſita, ita vt in eodẽ fere minuto hæreant, ſi ſimul in horoſcopo beneficus Planeta cõſtituatur, natũ longæuum & in præcipuis vitæ actionibus eminentem efficiunt, ad extremam tamen ſenectam eum non perducunt. Si vero, vt ſupra quoque dictum, hoc modo vel coniungantur vel opponantur, præſertim ab ortu vel occaſu, & malignus Planeta Horoſcopum occupat, vel ſi luminaria à maleficis infeſtentur, natum breuis vitæ & infelicem futurum decernit. Sic in cuiuſdam natiuitate conſtituuntur, quem honoris ergo non nomino, & in medio cœli quidem partiliter coniunguntur, fortuna vero tenet horoſcopum in termino ♀. vitam itaque ei deſignat debilem tamen vt ſub Eclypſi Solis nato, quod ſi conſtitutio fortunæ in Horoſcopo in termino ♀ abeſſet, nutritionis annos non ſuperaſſet.

5. Vltimus Aphoriſmus, licet ſuperiorib. pene congruat, cũ tamẽ aliquid depreheſum in eo ſpecialius, addere nõ erubeſco, qui ſic eſt: Vtraq;

H 2 lumi-

luminaria, vel loco alterius aſcendẽs, à maleficis, corpore, vel eorum hoſtilibus radiis, vtpote ☍ □ obſeſſa, aut alioquin grauiter afflicta, ita vt vel ambo luminaria vel alterutrum, aut aſcendens, ſint imbecillia, aut ſimul in terminis maleficorum, aut in termino Planetæ in ♉. exiſtentis, aut in termino 8. domus per ſeſe imbecillis, aut alterutrum luminare affligentis, breuem admodum & teneram vitam, nutritionis annos raro excedẽtem decernunt: cum huius aphoriſmi raro exempla occurrant, addere ſuperſedebo.

*Exemplum propoſitæ genituræ.*

Huius genituræ ſignificatores vitæ ſunt; primum ☽ in 21°.12′.♉. Eſt enim natiuitas nocturna. 2. ☉ in 23°.35′.♈. ſigni intercepti in horoſcopo. 3. Dominus ☽ ♀ in 25°.27′.♓. 4. Dominus Solis ♂ in 6°.44′.♉. 5. Horoſcopus in 25°.20′.♓. 6. Dominus Horoſc. ♃ in 7°.55′.♉. 7. Apheta ſeu Hylech. ☉. 8. ⊕ 22°.56′.♈. 9. Dominus ⊕ ♂. Examen horum ſignificatorum 1. ☽ fortis per angulum ſuccedentem domum ſecundam in dignitatibus eſſentialibus & benefico ♀ ♓ fulta, à combuſtione & radiis libera, ſed malefica ☌ ♂ platica læſa. ♄ item ℞ ☍ in malo cœli loco exiſtentis læſa. Exiſtens ſimiliter occidentalis, vnde aſſumit mediocritates teſtimoniorum. 2. ☉ fortis & fortunatus nullo maleficorum radio vel aſpectu læſus, qua ratione fortis videtur. 3. Domina ☽ ♀ fortis & fortunata reſpectu dignitatum eſſentialium; quibus etiam accedit, quod ſit Domina genituræ, & ſimiliter in optimo cœli loco exiſtat, à nullo maleficorũ malo aſpectu læſa; ſed △ & aliquot ♓bus affecta. 4. ♂ Dominus Solis mediocriter fortis & fortunatus. A ♄ ☍ læſus, & in detrimento conſtitutus. 5. Horoſcopus fortis & fortunatus. 6. Dominus horoſcopi ♃ mediocriter fortis: eſt enim cõſtitutus in mutua receptione & liber à combuſtione, &c. Sed à ♂ obſeſſus & ♄ oppoſito læſus, quemadmodum & occidentalis. 7. ⊕ debilis & infortunata reſpectu debilitatum & dignitatum eſſentialium. 8. Dominus ⊕ ♂ mediocriter fortis, vt paulo ante oſtẽſum. 9. Apheta ſeu hylech ☉ fortis & fortunatus. Cum ergo fortitudinum teſtimonia aliqua mediocritatis, aliqua etiã debilitatis inueniantur, & ita vt mediocria tantum inclinent, in numerum teſtimoniorum vincentem, dicanturque fortitudinum magis, ſed ſtatuatur in malefici termino & coniungatur cum ⊕ infelici & ☿ verſatili, ſecundum numerum teſtimoniorum vincentem & ad mediocritatem inclinantem colligo, decerni huic nato vitalem virtutem mediocriter robuſtam, ita vt bonam quidem vitæ partem ſit aſſecuturus, ad plenam tamen & perfectam ætatem nunquam peruenturus, cuius ætatis terminum dabit in-

faufta

fausta maleficorum directio. Cum plerique significatores mediocres in maleficorum terminis existant, aut coniungantur, aut maleficis radiis lædantur. Hæc de vitæ huius Nati præceptis ad significationes breuis vel longæ vitæ inueniendas dicta sufficiant, nunc ad temperamentum eius accedamus.

### *De temperamento huius Nati inueniendo.*

Ad perfectum & plenum de vita iudicium spectare adhuc videtur etiam temperamentum, quid autem temperamentum sit, ex Physicis constat, de eius igitur definitione agere supersedebo. Sunt autem in corpore humano quatuor tantum principales humores, quibus quatuor crases, quatuor qualitatibus respondentes, respondeant, ita tamen, vt qualitatum, quemadmodum & de illo eleganter Zabarella in lib. de qualitatibus elementaribus disputat, alia semper remisse, alia vero eiusdem elementi summe consideretur; (vnumquodque enim, inquit is, elementum duas habet qualitates, vnam excellentem & dominantem, alteram subiectam & remissam) à qua qualitate dominationem habeat.

Sanguinea itaque crasis, seu sanguineum temperamentum vocatur, quod temperate calidum est & humidum, respondens elemento aeris, in quo sanguis humores reliquos copia vincit.

Cholerica complexio seu temperamentum cholericum, calidũ & siccum elemento ignis respondens, exuperat in eo bilis flaua.

Melancholicum temperamentũ est, in quo est excessus humoris melancholici seu bilis atræ, frigidum & siccum respondens elemento terrę.

Phlegmaticum, frigidum & humidum nominatur, in quo phlegma seu pituita potiores ad mixtionem partes contribuit, de natura elementi aquæ. Sumuntur autem plurimæ & variæ coniecturæ ex temperamento, tum quo ad corporis, tum quo ad animæ dispositionem & affectiones attinet, inprimis vero quo ad mores, qui temperamẽtum vtplurimum sequuntur. Hi itaque quatuor crases ex propriis qualitatibus & naturis significatorum & eorum commixtione collectis ex ordine certo testimoniorum, qualitatum, calidi, frigidi, humidi & sicci cognoscuntur. Item ex aliqua ratione naturaque signorum, in quibus hærent Planetæ & significatores temperamentorum. Quomodo vero significatores temperamẽti colligendi sint, iam ostẽdam. Significatores complexionis sunt: 1. Horoscopus. 2. Domus Horoscopi. 3. Planeta vel Planetæ in Horoscopo, vel in signo intercepto, si quod fuerit, constituti. Item si ☊ & ☋ in Horoscopo, vel in signo in prima intercepto hærent, ad hoc quoque officium assumunt. 4. Lunam. 5. Planetas lunam medietate suorum orbium, nõ lu-

næ aſpicientes. 6.quartam anni ſeu ſignum Solis. 7.Planetam vel Planetas partiliter aſpicientes gradum Eclypticæ aſcendentem, ſeu ipſius Horoſcopi cuſpidem. 8. Domino geniture participans ſi quid fuerit. Nec negligenda ſunt ſigna, vt paulo poſt dicemus, ſingularem ſiquidem & illa in hoc iudicio habent ſignificationem. Iuxta ſigna itaque & dictos ſignificatores qualitas examinãda eſt, & ex multitudine teſtimoniorum vincentium de temperamenti & humorum mixtura, deque συμμετεία iudicium faciendum. Obſeruandum tamen, quod ♄. ♂. ☉ & ☊ in Horoſcopo, aut aſpicientes Horoſcopum vel Lunam maligno aſpectu ſuas qualitates intemperatas permiſtas temperamento corporis habeant, licet ſe omnia reliqua bene habeant. Iudicium itaque de temperamento nati facturus, qualitates omnium ſignificatorum conſideret, & teſtimonia ſingularum qualitatum, calidi, frigidi, humidi, & ſicci colligat, iuxta ſequentem tabulam, ac ſecundum teſtimoniorum vincẽtium numerum de temperamento iudicet.

TABVLA ex Ptolomæo deſumpta ſic ſe habet.

| | | |
|---|---|---|
| ♄ | Orientalis | frigidus & ſiccus. |
| | Occidentalis | ſiccus tantum. |
| ♃ | Orientalis | calidus & humidus. |
| | Occidentalis | humidus tantum. |
| ♂ | Orientalis | calidus & ſiccus. |
| | Occidentalis | ſiccus tantum. |
| ♀ | Orientalis | calida & humida. |
| | Occidentalis | humida tantum. |
| ☿ | Orientalis | calidus tantum. |
| | Occidentalis | ſiccus tantum. |
| ☽ | à ☌ ad primam quadram | calida & humida. |
| | à prima quadra ad ☍ | calida & ſicca. |
| | ab ☍ ad tertiam quadram | frigida & ſicca. |
| | à tertia quadra ad ☌ | frigida & humida. |

☊ eſt de natura ♃ & ♀. ☋ de natura ♄ & ♂.

Quod ad Solis attinet qualitates, ille mutat ſuas pro ratione quartarum anni hoc modo.

| | | |
|---|---|---|
| ☉ | In Vere, hoc eſt ♈ ♉ ♊ | calidus & humidus. |
| | Æſtate ♋ ♌ ♍ | calidus & ſiccus. |
| | Autumno ♎ ♏ ♐ | frigidus & ſiccus. |
| | Hyeme ♑ ♒ ♓ | frigidus & humidus. |

Quod

Quod denique ad signum attinet, qualitates considerantur illæ iuxta quatuor trigonos.

| | | | |
|---|---|---|---|
| △ | Igneus ♈ ♌ ♐ | calidus & siccus, Cholericus. |
| | Aereus ♊ ♎ ♒ | calidus, humidus, Sanguineus. |
| | Aqueus ♋ ♏ ♓ | frigidus & humidus, Phlegmaticus. |
| | Terreus ♉ ♍ ♑ | frigidus & siccus, Melancholicus. |

Quod si plura testimonia extiterint caliditatis & humiditatis, natum sanguineæ complexionis: Si vero humiditatis & frigiditatis, phlegmaticæ: Si caliditatis & siccitatis, cholericæ: Si frigiditatis & siccitatis, melancholicæ complexionis natum esse pronunciaueris. Caute autem in collectione testimoniorum agendum est, fieri enim potest, vt qualitates cōtrariæ Planetæ & signi eundem numerum testimoniorum in contrariis qualitatibus sortiantur, vt si vnum sit caloris, vnum frigoris testimonium, tum se in testimoniorum collectione mutuo tollunt nec ascribuntur, quæ vero non pugnant, illa sola adhibentur. Notandum & hoc erit, quod vnus idemque Planeta nonnunquam ter adhibeatur vel quater, qui est Horoscopi Dominus, & simul in Horoscopo constituitur. Item qui est genituræ Dominus & aspicit Horoscopum partiliter, & est Dominus Horoscopi, vel etiam Lunam partiliter aspiciens medietate sui orbis. Hoc ordine vero collectio instituatur. Annotentur Planetæ significatoris qualitates, quas respectu Solis, id est, orientalitatis aut occidentalitatis à Sole obtinet. 2. Eæ etiam asscribantur quas recipit ex natura signi, in quo versatur. Sed quocunque modo se antecedentia habeant, illa clariora & lucidiora euadent in exemplo sequenti, & ex ipsis bonorum authorum, vt Ptolomæi, Iustini & Pontani lectionibus.

*Exemplum propositæ genituræ.*

Significatores complexionis in hac genitura sunt, 1. Horoscopus in 25°.20'.♓. 2. Dominus Horoscopi ♃ in 7°.55'.♉. 3. ♀ in 25°.27'.♓. ☉ in 23°.35'.♈. ☿ 14°.9'. ♈ in signo Horoscopi intercepto. 4. ☽ in 21°.12'.♉. 5. Partilis ☍ dexter Saturni ad ☽am. 6. ♀ ad ☽. ✱ partilis sinister. 7. partilis △ ♄ ad Horoscopum. 8. ✱ ♃ dexter ad Horoscopum. 9. ✱ dexter ♂ ad Horoscopum. 10. Signum Solis seu quarta anni ♈. 11. Domina genituræ ♀ in Horoscopo constituta. Hi significatores nunc examinentur, atque inuoluatur testimoniorum collectio, qua peracta, huius propositi nati temperamentum cognosces. ♃ occidentalis humidus tantum, cum siccum & humidum, vt qualitates secum pugnantes sese mutuo tollant, ♂ occidentalis siccus tantum,

in ♉

in ♉ tamen frigido & ſicco frigidus & ſiccus eſt. ♀ orientalis calida & humida, in ſigno ♓ frigida & humida. Ergo eſt humida intemperate. ☉ in Vere, in ♈. in horoſcopo calidus & humidus. ☿ orientalis calidus tantũ, in ſigno ♈ calido & ſicco, eſt calidus & ſiccus intemperate, cũ geminatũ reiiciatur caliditatis teſtimonium. ☽ in prima quadra à ☌ calida & humida in ♉ frigido & ſicco ſigno: Eſt ergo ☽ calida & humida temperate. (Aliqui tamen volunt, Lunam ita conſtitutam nullas habere qualitates) ♄ orientalis frigidus & ſiccus, in ♏ frigido & humido. Eſt ergo ♄ frigidus intemperate. Examinatis hoc modo ſingulorum Planetarũ, qui in propoſita genitura ſignificatores complexionis exiſtunt, qualitatibus, nunc per ſingulos temperamenti ſignificatores ſingularum qualitatum teſtimonia hoc modo colliguntur.

| Significatores. | caliditas. | frigiditas. | humidit. | ſiccitas. |
|---|---|---|---|---|
| 1. Horoſcopus ♓ | o | frigidus | humidus | o |
| 2. Dominus Horoſc. ♃ | o | o | o | o |
| 3. △ ♄ ad Horoſc. | o | frigidus | o | o |
| 4. ✶ ☽ ad Horoſc. | calida | o | humida | o |
| 5. ✶ ♃ ad Horoſc. | o | frigidus | o | ſiccus. |
| 6. ✶ ♂ ad aſcend. | o | frigidus | o | ſiccus. |
| 7. ♀ in Horoſcopo | o | o | humida | o |
| 8. ☉ in Horoſc. | calidus | o | humidus | o |
| 9. ☿ in Horoſc. | calidus | o | o | ſiccus. |
| 10. ☽ per ſe conſiderata, | calida | o | humida | o |
| 11. ♄ partil. ☍ ad ☽ | o | frigidus | o | o |
| 12. ✶ ♀ ad ☽ | o | o | humida | o |
| 13. Signum ☉ ♈ calidum, | calidus | o | o | ſiccus. |
| 14. ♀ Domina genituræ | o | o | humida | o |
| Collectio teſtimoniorum | 5 | 5 | 7 | 4 |

Reperio itaque in teſtimoniorum collectione teſtimonia quinq; caliditatis, quinque frigiditatis, ſeptem humiditatis, quatuor ſiccitatis, quę teſtimonia qualitatibus diuerſis inter ſeſe cum pugnent, caute hoc in iudicio agendum eſt. Pronuncio itaque iuxta numerum teſtimoniorũ natum hunc in iuuentute futurum ſanguineæ complexionis, cum aliqua tamen ſemper Melancholia commixtum, ita vt commemoratum temperamentum ſit ad finem vitæ vix duraturum: ſemper enim varietatem aliquam ſentiet, & niſi me conſuetudo & aliqua ex parte vita amabilis commoueret, iuxta numerum teſtimoniorum vincentem pronunciarem hunc natum in iuuentute phlegmaticum, vbi vero ex ephebis exceſſerit

cesserit,& consistentem nunc ætatem consecutus fuerit, futurum complexionis cholericæ,illiusque intemperate. Magis tamen iuxta testimoniorum collationem cum veritate prius iudicium consentire existimo. Hæc de temperamento.

## De Conformatione Corporis.

Hoc iudicium paucissimi Mathematici probant, propterea, quod experientia, quæ omnium rerum testis est, doceat, filios potissimum referre similitudinem parentum aut cognatorum; siquidem malunt ex caussis propinquis & naturalibus quam remotis & cœlestib. iudicare. Quemadmodum etiam multum ad conformationem corporis facere videtur educatio, ratio victus & vitæ in ætate tenera, in qua obstetricum imperitia & neglĩgẽtia tenella infantum corpora facilime à naturali figura deprauantur. Huc etiam accedunt regiones & loca, in quibus aliquis nascitur. Cum autem comprobatum sit experiẽtia sydera cœlestia, eorumque positus insignem venustatem corporis formis addere, infaustos vero contra positus formas euidenter deprauare; quomodo in genere de formis corporum ex themate seu figura aliqua cœlesti aliquid pronunciandum sit, ostendam, præsertim cum Ptolomæus etiam hanc de formis corporum considerationem non omittat, sed cum iudicio de complexione coniungat, cum quo etiam coniungenda videtur, cum ad corporis quantitatem & figuram dignoscẽdam complexio multum faciat. Quod itaque ad generale de temperamento iudicium attinet, solent Neoterici Astrologi & artifices de temperamento iudicantes, sanguineos facere formosos, rubicundos, & optimo colore tinctos, carnosis corporibus præditos, propter sanguinis abundantem copiam. Cholericos macilentos, subruffos, aut pallidos & nigricantes. Phlegmaticos pingues, quod ad corporis partem & albicantes. Melancholicos macilentos & nigros: dicuntque in genere in sanguineis boni sanguinis excessus ostendere Planetas, copiamque & abundãtiam bonorum humorum, & sic ex natura rubore confirmatos, denotareque bonis suis corpora repleta, robusta, firma, ac satis procera. Quod si cholericæ fuerit complexionis natus, ac simul Planetæ humorum significatores inuenti fuerint debiles, corpora significantur exusta, acidiora, tenuia & breuia, &c. Cõsiderare quoque solent positum stellarum in horoscopo, in quo si fuerit signum cõstitutum igneum, vtplurimum colorem nati subruffum, aut etiam ad nigredinem plusculum vergentem significat. Quod si terreum signum horoscopo venit, vt loquitur Pontanus; idẽ fere significatur, quod ad colorem subnigrum. Si aereum & aqueum signum horoscopum tenuerit,

plus ad albedinem & coloris candorem declinant, atque eo magis, quo plura testimoniorum suffragia ab aliorum significatorum calculis producta fuerint. Quod ad secundum attinet, pro forma nati; primo considerant Horoscopum, vt paulo ante quoque dictum. 2. Dominum Horoscopi. 3. Planetas in Horoscopo domo prima constitutos. 4. Lunam. 5. Dominum Lunæ. Atque ex eorum commixtione de effigie seu forma corporis pronunciant iuxta tabulam sequentem. Si tamen omnes significatores seu eorum pars maior in ♊ ♍ ♎ aut in priore ♐ parte seu medietate constituãtur, significant natum futurum formosum, venustum, egregio corpore ornatum, atque tum facilimum est iudicium. Si vero in aliis fuerint inuenti signis significatores, iuxta tabulam sequentem iudicium erit colligendum.

## TABVLA EX PTOLOMÆO ET PONTANO Planetarum circa corporaturam.

♄ formæ significator largitur oculos magnos, quandocunq; etiam in vno eorum maculam, aut etiam vnum maiorem altero, magnã faciem, fœdum aspectum, capillos nigros & crispos, dentes diuersæ & inæqualis constitutionis. Orientalis subnigros, subruffos, sed tamen bene proportionatis membris præditos. Occidẽtalis nigros omnino, fuscos & fuluos, cutem compactam & spissam, quodammodo compressis membris præditos.

♃ Orientalis candidam cutem, colorem melleum, oculos magnos, pilosque pollicetur nigros, crispos, ad flauedinem tendentem cutem, cum pupillis paruis, mediocriter spissos capillos, æquales tamen & planos. Occidentalis elegantiam formæ auget, oculos facit mediocris magnitudinis, nigellos capillos, laxiores, circa frontem & tempora caluitiem.

♂ significator formę orientalis significat habitum corporis bonum, ruboremque albo conspersum, oculos cæsios, hirsutos capillos, mediocre corpus, faciem longam & macram, cutem spissam & duram, quasi adustam. Occidentalis colorem ruffum, per totum diffusum corpus, capillos flauos, corpus glabrum, oculos minutos, concretionem vero, in qua siccitas præpolleat, dentes longos, carnem raram & duram, vultum ferocem, nasum acutum.

♀ sola formæ significatrix, eandem, quam ♃ nato attribuit; & licet sit in omnibus Iouis imitatrix similiumq; effectrix, venustate tamen omnia sua condit ad muliebrem gratiam, quod munus suum est, illecebrosiuscule traducit; nam & colorem & faciem omnem quadam quasi mollitie

sic

ſic conſpergit, vt blandiri fere videantur. Inſpirat oculis lætitiam, afflat nohores, efficit lætos, viuunt ſecundum Catullum adeo ebrioſi & illecebroſi, vt ad amandum alliciant, ac voluptatis delirium admoueant.

☿ ſignificator formæ: Oriētalis corpus producit compactum & quádratum, vnde non abſque ratione à maioribus Paleſtræ inuentor eſt dictus, pallidos item, oculos etiam efficit paruos, capillos mediocres, raros ac laxos, cutem compactam & denſam mediocriter, colorem mellis ſimilimum. Occidentalis, colorem ſimiliter croceum, atque aliquanto magis in pallorem declinantem, pilum atq; capillum vehementer rarum, corpus gracile ac macilentum, ac pene debile, crura pedesque mali poſitus, formæq; ineptioris, & vt Plautus inquit, crocodilia cruſcula, capillũ ſubruffum, oculos vero concauos, atq; intra ſupercilia immittit.

☉ & ☽ circa corporaturam habent has ſignificationes. ☉ per ſe colorem denotat croceum, corpus mediocris craſſitiei, vocem raucam, capillos raros & duros, cutem compactam, ſed hæc omnia pro natura ſigni in quo verſatur, nam pro ratione loci figuram mutat. ☽ per ſe colorem album, faciem pulchram & rotundam, oculos mediocres largitur.

FORMÆ DVODECIM COELESTIVM SIGNORVM.

♈ figuram habet mediocriter bonam & conuenientem, collum tamē reliqui corporis ratione longius, capillos copioſos & criſpos, ad albedinem declinantes, faciem inclinatam, cutem duram.

♉ frontem producit longam & eleuatam, foramina narium ampla, oculos magnos, craſſum & pingue collum, capillos erectos, vocē raucam.

♊ formam elegantem & omnino membrorum concinnam proportionem nato conciliat, eſt enim ſignum figuram habens humanam.

♋ formam vtplurimum inconuenientem tribuit, ſuperiora corporis membra maiora & ampliora, q̃ pro ratione membrorũ inferiorũ, oculos paruos, ſupercilia magna, colorem nigrum, vocem ſubmiſſam & humilē.

♌ colorem corpori ad flauedinem tendentem, pectus amplum, crura ſubtilia, vocem acutam, copioſos capillos.

♍ Incōuenientem dat membrorum proportionem, oculos magnos, capillos ſpiſſos, colorem nigrum.

♎ habitum corporis elegantem efficit, carnoſum, mediocriter ad albedinem tendentem, inprimis in facie.

♏ membra corporis inconuenienter proportionata producit, colorē nigrum, oculos exiles, faciem paruam, capillos multos, pedes magnos, & ad motum agiles.

♐ elegantiā innatæ formæ attribuit, colorem flauum præſertim in facie, prolixam barbam, capillos raros & ſubtiles, vocem pulchram.

♑ Proportionatum corpus efficit, faciem longam, vultum acutum, capillos copiosos.

♒ Bene proportionatum corpus significat, vtplurimum tamen vnum crus altero longius producit, vocem crassam.

♓ Membra corporis disproportionata significant, oculos magnos & rotundos, faciem lætam, colorem album, vocem subtilem.

Has formas signa & Planetæ singuli per se significant: sed cum interdum accidat, vt vnus Planeta solus formæ significator existat, at simul in eiusdem naturæ signo versetur, diligenter Planetarum plurium, qui significatores sunt, formæ inter se commiscendæ sunt. Non omissa etiam consideratione signi vel signorum, in quibus versantur; vt cum ♄ & ♃ sunt significatores formæ, erit ea ex Saturnina & Iouiali composita, i. e. color erit inter nigrum & album medius, veluti purpureus, capilli erunt semicrispi, coloris castanei, non nimis rari, nec nimis etiam spissi, oculi magni, nigricantes. Quomodo? ♂ & ♄ in hac significatione cõiunguntur. Color erit subniger, rubedine tamen aliqua perfusus. Idẽ de reliquis erit cogitandum.

*Exemplum propositæ genituræ.*

Significatores formæ in hac genitura sunt, 1. Horoscopus. 2. Dominus Horoscopi ♃. 3. ♂ in Horoscopo constitutus. 4. ☿ & ☉ in signo Horoscopi intercepto versantes. 5. ☽ in 21°. 12′. ♉. 6. Domina eius ♀. Horum significatorum formæ collectæ sunt tales. ♓ faciem lætam & oculos rotundos & magnos, album colorem & vocem subtilem. ♀ in domo 1. constituta formam elegantiæ rursus producit, ita tamen, vt is natus ad muliebrem formositatem accedere videatur, cum rubedine album colorem permixtum, mediocris magnitudinis oculos. ☿ pallidos efficit, oculos paruos, capillos raros ac laxos, cutem densam & mediocriter cõpactam. ☉ colorem croceum denotat, corpus mediocris crassitiei, vocẽ raucam, raros capillos & duros, cutem compactam. Sed hæc omnia pro natura signi in quo versatur, nam, vt paulo ante dictum, pro ratione loci figuram mutat. ☽ sola significatrix colorem producit album, faciem pulchram & rotundam, oculos mediocres, ♀ Domina ☽ eam quam significat formam duplicat. Ex his significationes plurimas colligo, ac pronuncio formam corporis huius nati in medio consistere, magis tamẽ ad muliebrem quam virilem formositatem accedentem, oculos paruos, faciem rotundam & mediocriter carnosam, capillos inter albos & nigros medios, crispos, raros, ad flauedinem tendentes, faciem pallore commixtam, albam, pulchram. Membra non admodum bene proportionata, pedes ad motum agiles & longos, vocem subtilem, &c. Ad hanc tamen formam

mam accedit ex parte ☍ ♄ ad Lunam. Formam is qualem admiſceat orientalis vide ſupra.

## PRO STATVRA CORPORIS.

Pro ſtatura corporis, id eſt, pro breuitate & proceritate cognoſcitur principaliter ex Planeta Horoſcopi Dominum partiliter aſpiciente, & ſi plures aſpexerint, ex ſigno fortiore, in quo talis Planeta conſtituitur, iudicium deſumitur, ſignificationes Planetarum hæ ſunt.

♄ Orientalis ſtaturam ſignificat mediocrem. Occidentalis breuem.

♃ Orientalis proceram ſtaturam & elegantem. Occidentalis mediocritate quadam ita temperabit, vt id, quod ad mediocritatem addebat orientalis, demat occidentalis.

♂ ſtaturam longiorem & proceram orientalis pollicetur, ſurſum enim calor impellitur. Occidentalis vero mediocrem.

♀ Orientalis lõgiorem deſignat ſtaturam: Occidentalis vero mediocrem.

☿ pro natura ſua indifferens eſt, ac ſiue orientalis ſiue occidentalis fuerit, pro diſpoſitoris ſui natura ſtaturam decernit. Eandem quoq; obſeruandam rationem luminarium ſcito, quæ ſtaturam de natura ſuorum diſpoſitorum largiuntur. Quod ſi autẽ in propriis domiciliis verſantur, aut in domiciliis ☿. aut econtra ☿ rius in domiciliis luminarium tantum pro ſigni natura, in quo hærent, ſtaturam moderantur.

*Signorum natura hæc eſt.*

♈. ♉. ♎. ♏. mediocrem ſtaturam ſignificant, ſed longiorem.

♌. ♍. ♐. decernunt magis proceram. ♋. ♑. ♓. breuem. ♊ mediocrẽ. ♒ etiam mediocrem, ad breuitatem tamen magis declinantem. Quod ſi nũc recte promiſcueris has Planetarũ & ſignorum ſignificationes, ex illa permixtione iudicium de huius nati ſtatura proferre poteris. Antequam tamen ad alia progrediemur, has cautiones obſeruabimus.

1. ♀ & ☿ ex domiciliis, vel altitudinibus ſuis aſpicientes Dominum Horoſcopi decernunt longam ſtaturam, contrarium in caſu ſuo ſeu detrimento.

2. ♄ ♃ & ♂ in caſu aut detrimento ſuo R. ſtaturam mediocrem vel breuem, ſed in caſu aut detrimento non R non mutant quam ſignificãt ſtaturam.

3. Si nullus Planeta Horoſcopi Dominum partiliter aſpicit, iudiciũ ſumitur ex natura Domini Horoſcopi, neglecto ſigno, quod is occupat, ſi is fuerit directus. Si vero retrogradus & in caſu ſuo, iudicium ſtaturæ, non à Planetę Domini Horoſcopi natura, ſed ſigni quod occupat, ſumatur.

tur. Eodem modo luminaria dominantia Horoſcopo, aut Dominũ Horoſcopi partiliter aſpicientia decernunt, vt dictum eſt, ſtaturam pronam ſigni, quod occupant. ☿ vero dominium Horoſcopi obtinẽs tribuit ſtaturã pro natura ſui diſpoſitoris, vt paulo ante monuimus. Vt autem horum aphoriſmorum veritas magis conſpiciatur, vnũ atq; alterum exemplum proponam. In Geneſi Philippi Melanchthonis nullus Planetarum Dominum Horoſcopi partiliter aſpicit, vel intra medietatẽ ſuorum orbium contuetur: iuxta ſecundã itaq; regulã iudicium de ſtatura corporis ſumẽdum, & ☿ domino Horoſcopi directo neglecto, per cautelã bis repetitam eius diſpoſitor eſt conſiderandus, videlicet ♄ qui cum ſit occidẽtalis, decernit ſtaturam breuem. In genitura Ioachimi Camerarii Horoſcopi diſpoſitor eſt ☉. qui cum à nullo aſpiciatur, de natura Planetæ ipsũ diſponentis ſtaturam largitur. Eſt enim diſpoſitrix Solis ♀. quæ cum ſit occidentalis, ſtaturam mediocrem, ad longitudinem tamen aliquantulũ ratione ſigni, in qua verſatur, declinantem ipſi decreuit.

## De Crassitie et Macie Corporis.

Craſſitiem & maciem corporis nominamus eam, quæ natura corporibus accedit circa vel poſt ἀκμεῖν, i.e. conſiſtentem ætatem circa annũ 30. vel paulo poſt, non quatenus morbo aut inconuenienti victus ratione corpora à quãtitate naturali recedunt. Pro hac itaq; conſideranda ſignũ aſpice aſcendentis eiusque Almuthen, i.e. Planetam, qui in ſigno aſcendentis & gradu dignitates habet eſſentiales plurimas. Conſiderandum autem illud axioma iuxta hos tres aphoriſmos.

1. An Horoſcopus à ſuo Almuthen partiliter aſpiciatur, ac tum pro natura ſigni, quod cuſpidem Horoſcopi obtinet, iudicium conſtituto.

2. Si Horoſcopus ab illo ſuo Almuthen non partiliter aſpiciatur, cõſidera, an Almuthen ab alio Planeta quodam partiliter aſpiciatur, & tum per iudicium ex natura ſigni, in quo verſatur.

3. Si etiam Almuthen à nullo Planeta partiliter aſpicitur, de craſſitie vel macie corporis pronũcia ex natura iſtius medietatis ſigni, in quo Almuthen Horoſcopi verſatur.

*Signorum natura ſic ſe habet.*

♈. ♉. ♌. prior medietas corporibus craſſitiem, poſterior maciem cõciliat. Numeratur autem prior ſigni medietas à 1°. ad 15°. poſterior à 15°. ad 30. gradus. ♊ ♏ ♐ prior medietas maciem, poſterior craſſitiem conciliat. ♋ ♑ prior pars mediocritatem vel potius maciẽ, poſterior ad mediocritatem tendentem, magis ad craſſitiem denotat. ♍ ♎ ♒ & ♓ æqualem ſeu mediocrem proportionem corporum decernunt, pars tamen ♒ poſterior magis ad maciem declinat.

Nota.

Nota.

1 Dominus domus vel exaltationis vel Horoſcopi, cõiunctus ☉ medietate ſui orbis, abſente ♂ corpus grande decernit, ſi accreſcit conſenſus Horoſcopi vel eius Almuthen, ſed ♂ conſentiente maciem decernit, diſſentiente etiam Horoſcopo vel eius Almuthen. Quando duo Planetæ Almuthen ſunt Horoſcopi, præfer eum, qui ab aliis partiliter aſpicitur, domumq; obtinet, & qui in exaltatione conſtituitur. Talis eſt conſtitutio Sigiſmundi Epiſcopi Hallenſis. ♃ Almuthen Horoſcopi. Habet enim in ſigno & gradu aſcendente exaltationem & terminum: à ☉ partiliter irradiatus in poſtrema medietate ſigni ♊ cõſtitutus, decernit ei corpus craſſum & grande.

*Exemplum propoſitæ genituræ.*

♃ eſt Dominus Horoſcopi, quem cum nullus Planetarum partiliter aſpiciat, niſi quod ei ♂ coniungatur partiliter, ex eius natura iudicium de procera, vel breui corporis natura ♏ ſumo. Significat aut ẽis occidentalis mediocrem corporis ſtaturam, qualem etiam ſignum ♉. in quo cõſtituitur deſignat, ſed longiorem quidem, quemadmodũ & idem ſignificat ♂ occidentalis. Huc etiam accedit temperamentum, quod ſimiliter mediocritatem obſeruat, de quo ſupra. Pronuncio itaq; natum eſſe mediocris ſtaturæ, i.e. inter breuitatem & longitudinem perſonam eius conſiſtere. Quod ad maciem & craſſitiem corporis attinet, cum Horoſcopus à ſuo Almuthen ♃ partiliter non aſpiciatur, ſed ✱ platico, qui nec ab alio quodam Planetarum partiliter aſpicitur, ratione itaq; medietatis ſigni, in quo Almuthen conſtituitur, pronuncio, nati huius corpus macrũ eſſe. Hæc de conformatione corporis dicta ſufficiant.

DE RELIQVIS NATI ACCIDENTIBVS.

Magnam eſſe vim temperamentorum in ciẽdis actionibus ad actionum & morum genera, ita vt etiam Galenus ſcribat, animi mores reſpõdere temperamento corporis. Cognito itaq; temperamento corporis, de moribus iudicare non admodum erit difficile. Melancholici enim vtplurimum ſunt tardiores, cunctatores, fraudulenti, occultatores ſuorũ conſiliorum, profundæ cogitationis, optima inuenientes conſilia, timidi, tremuli, triſtes, offenſionum & iniuriarum tenaces, ſuſpicaces, moroſi, inexorabiles, ambitioſi.

Cholerici ſunt iracundi, contentioſi, amantes rixarum & certaminũ, vindictæ cupidi, præcipientes, incauti, leues, temerarii, mutabiles, aperte tamen & candide agentes, plerunq; ſolent ſerere diſcordias, rixas, ſeditiones, & tumultus bellaq; mouere, cum impetu omnia facientes, exponentes ſe ſine vlla conſideratione periculis, nemini cedentes.

Sangui-

Sanguinei sunt læti, affabiles, moderati, suaues, idonei, consuetudinē amantes, liberales, fideles, hilares, sine dolo agentes, pacifici, modesti, religiosi, non tenaces offensionum, iucundi in conuersationibus, & aliquo modo voluptuarii.

Phlegmatici segnes sunt, pusillanimes, inconstantes, muliebres, secretorum diuulgatores. Hæc generatim de moribus ex temperamento. Temperamentum autem hoc non recte refertur ad accidentia animi, siquidem ad ipsam nati substantiam pertinere videtur. Solent autem accidētium animæ qualitates desumi ex prima domo, & Planetis in hac versantibus. Quæ tamen accidentia sunt duplicia, ad rationalem animæ partem pertinentia, seu ad intellectum, ac ingenii appellatione vulgo denotantur. Alia irrationalis animæ partibus sunt propria, id est, vegetatiuæ aut sensitiuæ potentiæ, & appellatione morum vsitate intelliguntur. Dispositio autem animæ rationalis per locum ☿ cognoscitur. Vegetatiuæ vero & sensitiuæ ex locis ☽ qualitatibus. Ex horum itaque locorum in genere consideratione qualitas animi nati cognosci potest. Si enim ☿ & ☽ bene in themate fuerint affecti, & sese mutuo ac benigno radio aspexerint, conuenientia quædam inter animam rationalem & reliquas potentias inferiores efficietur. Si vero male affecti, & per radium infaustum ac hostilem copulati fuerint ☿ & ☽. vel in signis separatis hæserint, id est, nullo prorsus aspectu sese contuentibus, discordia naturalis & pugna inter rationem & vires inferiores concitabitur, in qua tamen ratio in fortioribus potentiis dominabitur, ac affectus, reliquasque potentiarum inferiorum vires cohibere ac minuere poterit. Quando ☿ fortior in signis imperantibus fuerit, & longarum ascensionum, ☽ vero in signis obedientibus & breuium ascensionum constituta fuerit debilior. Quando vero ☽ fortior hoc modo fuerit, ac ☿ debilior, affectus & reliquæ potentiæ inferiores rationem vincent, nec ipsi recte monenti obtemperabunt, ac tales homines affectibus & appetitionibus prauis multum indulgebunt, quas coercere & reprimere ratio debilior non poterit. Primo autem quomodo de animæ qualitatibus vegetatiuæ & sensitiuæ, id est, de moribus nati ex certorum significatorum consideratione iudicandum sit, ostendam, ac antequam significationes morum constituere doceam, quales Planeta quilibet, cum significator solus existit, mores decernere soleat, breuiter enumerabo, postea, quomodo miscendæ sint si duo vel tres morum significatores fuerint, docebo.

♄ solus significator morum fortis ac bene affectus facit ratum, amantem bonorum, & sui ipsius, etiam grauem, cum quadā austeritate & morositate profunda cogitantem, solida ac profunda consilia promentem,

grauia de rebus propositis disputãtem, laboriosum, amantem rerum occultarum, taciturnum, solitarium, patientem laborum & molestiarum, cumulatorem opum, parcum, dignitatum & honorũ cupidum, studiosum proprii commodi, in promissionibus non semper veracem: nunquã n. tam bene constituitur ♄. vt naturalẽ suam malitiam exuat, amatorem agriculturæ, secreta celantem. Debilis enim & infortunatus ♄ facit homines immundos, auaros, turpes, curam non sui habentes, humilia cogitantes, viles, pusillanimos, sui negligentes & aliorum, morosos, timidos, fugitantes lucem & conuersionem, ac amãtes loca solitaria, inscios, in suis consiliis permanentes, suspicaces, obtrectatores, superstitiosos, incultos, dolosos, inuerecundos, neminem, neque se etiam diligentes, suis insidiantes vel suspicantes, nunquam gaudentes, maleuolos, pigros, falsos, deceptores, mendaces.

♃ Significator morũ, fortis & bene affectus, significat magnanimos, honestos, bonos, probos, mansuetos, largos, iustos, verecundos, hilares, hominum amantes, liberales, æquos, magna & ardua cogitantes, fideles, beneficos, graues, sed cum quadam moderatione, honesta facientes & promouentes, prudentes, sui & agnatorum amantes, candidos, apertos. Debilis & infortunatus, facit mores prædictis fere similes, sed obscuriores & magis tectos, vt loco magnanimitatis facit superbiam, loco liberalitatis prodigalitatem, pro pietate excitat superstitionem, pro synceritate simulatum & fucatum candorem, loco amoris erga suos & alios exercet voluptates & amores illegitimos, loco magnarum cogitationũ contumaciam.

♂ solus morũ significator fortis & bene affectus, facit homines fortes, animosos, ad iracundiam promptos, generosos, gubernationibus idoneos, præliatores, non metuentes pericula, amantes rixarum & contentionum, violentos, vilipendẽtes omnia, apertos, sed cum quadam temeritate, impatientes seruitutum & iniuriarum, cupidos vindictę, iactabundos, arrogantes, diuina parum curantes. Debilis & infortunatus facit homines crudeles, iniustos, tyrannos, blasphematores, impios, garrulos, stultos, suspectos, prædones, thrasones, inuerecundos, turbulentos, inquietos, feroces, sanguinem humanum effundentes, aut effundere gestientes, prodigos, rixarum & contentionum amantes, seditiosos, incõstantes, in religione & cultibus diuinis leues, odio consanguineos prosequentes.

♀ sola morũ significatrix fortis ac bene affecta, homines efficit quietos, iustos, pios, tranquillos, mansuetos, blandos, delitiarum amantes, ad hominum voluntates conciliandas aptos, formosos in gestibus, & ora-

tione venustos, ad conuiuia & choreas pronos, conuersationes cum mulieribus appetentes, ac ab his sese diligi cupientes, labores & molestias fugientes, beneuolētiam erga suos & alios exercentes, Deum religiose colentes, &c. Debilis & infortunata efficit homines pigros, effœminatos, in mulierum & virginum familiaritatem sese insinuantes, parcos, nullius animositatis, timidos, inuerecũdos, ad libidines pronos, imbelles, ignauos & inconstantes, vagabundos, famam & infamiam negligentes.

☿ solus significator morum fortis ac bene affectus, efficit homines acumine ingenii excellentes, sapientes, probos, memoria optima præditos, intelligentes, disertos, in memoria res olim gestas tenentes, earumq; libenter mentionem facientes, sagaces, dociles, doctrinarum & artium quarumcunque capaces, cautos, circumspectos, de rebus propositis eleganter disputantes, in inuestigatione quarumcunque rerum diligenter laborantes, subtiles ac profundas cogitationes habentes, Poetas, Geometras, Mathematicos, sine præceptore multa facile addiscentes, nimia cum dexteritate quadam facientes, in deliberationibus graues & excellentes, contractus & mercaturam amantes, scientes se quibusvis personis & rebus optime accommodare, benefactores, facile ac libenter aliis credentes. Debilis & infortunatus, reddit homines mendaces, loquaces, instabiles, malitiosos, vafros, astutos, infidos, deceptores, ignauos, fraudatores, leues, versipelles, cuiuslibet rei simulatores atq; dissimulatores, cito mutabiles, periculosa consilia dantes, struentes clam aliis fraudem & insidias, aliud promentes, aliud in corde tenentes, infames, πολυπράγμονας, infideles, inobedientes suis Dominis, &c.

Præter has significationes Planetarum morum, cõuenit etiam signorum Zodiaci, in quibus morum significatores versantur & stellarum fixarum, inprimis earum, quæ ab Eclyptica nõ procul distant, & velut primæ vel secundæ magnitudinis existunt, naturas ad hanc consideratio- nem adhibere.

♈ signum efficit homines inconstantes, fortes, imperiosos, audaces, superbos, magnanimos, libertate magna in loquendo vtentes, studiosos rerumpub. fortuna varia vtentes.

♉ laborãtes in agricultura, insitione arborum, cultura hortorum excitat, proprii corporis culturæ deditos, nitidos, voluptatem & mũditiem amantes, musicos, in proposito perseuerantes, ingenio tamen non excellenti admodum præditos.

♊ reddunt hominem studiosum artium, quarum cognitionem non absque laboribus & molestiis, quas tamen libenter sustinebit, assequitur, versabitur talis cum viris doctis, quibuscum familiaritatẽ contrahit, erit musicus, honestatis amans.

♋ inge-

♋ ingenio acuto præditos efficit, moribus compositos, suaui consuetudine, graues, magna seueritate, ad iram pronos, cum tamen ira compositi, mitescentes, inconstantes, aliud in ore aliud in corde habentes, peregrinationes ad matrimonia amantes, studiosos auræ popularis, ludis deditos.

♌ constantes, ac in proposito firmos producit, ad iram tamen atque indignationem pronos, fortes, imperiosos, minaces, appetētes honorū, in comparanda re familiari diligentes, sedulos & superbos.

♍ prudentes homines reddit, superstitiosos, ita etiam, vt ipsorum insomnia quædam quasi oracula sint futura, & mentes Deorum se illis aperiāt per respōsa, per sortes, aut per disciplinā magicam, religionum sectatores, suasque potissimum actiones ad Deos referentes immortales, iucundos, humanos, amicitiæ obseruatores, doctos, rerum abditarum perscrutatores, bonarum artium gnaros, fœcundos, in iuuentute laboribus implicabuntur plurimis, vitæque eorū principia solicitudinis atq; egestatis erunt plena, post consistentem tamen ætatem abundabunt re familiari, contractus amantes, ad legationes aptos.

♎ iustitiæ & æquitatis reddit studiosos, religiosos, modestos, honestos, liuidos, alienis bonis inhiantes, inconstantes, quia ♄ non modo exaltationis, verum etiam triplicitatis in eo signo ius exercet, multis autē contentionibus vexabuntur.

♏ signum pro sua Martisque natura iracundos efficit, subdolos, acutos, ingeniosos, violētos, infidos, proteruos, sicarios, rapaces, alienorum cupidos, suique studiosos, veneficos, maleficorumque potiorum ministros atque auctores, cædis etiam plurimorumque scelerum conscios, insidiatores, periuros, quiq; nihilominus præsidiis Deorum innitantur, eloquentes.

♐ efficit homines generosos, liberales, magnanimos, iustos, maturos, beneficos, moderatos, faciles, misericordes, in tractandis tamen rebus obscuros ac duplices, fratrum, cognatorum, amicorumque studiosos, &, vt ita dixerim, fratricolas, amicicolas, honorisque appetentes, iudiciis ac tribunalibus propositos, quique amissa facile recuperent, probos, ad disciplinarum plurium cognitionem aptos, gloriæ cupidos.

♑ natos efficit plerunque agriculturæ studiosos, rerumque abditarū ac naturæ exploratores, laboriosos, sedulos, vigilantes, ærumnosos, simulatores, superstitiosos, quæ à ♄ proficiscuntur, verbosos, mendaces, inconstātes, insidiosos, libidinosos, fœdos, puerorum amatores, ad peregrinationes quoque nati animum impellit obeundas, &c.

♒ efficit homines molles, otium amantes, fugientes laborum, adeo

vt quasi effœminentur, parcos, sordidos, inuidos, suorum osores, astutos, cautos, consiliorum suorum celatores, pertinaces, elatos, delatores atque calumniosos.

)( faciunt natos ad peregrinationes pronos, voluntates eorum facit ancipites, consiliaque incerta, labores fugientes & molestias, otium & tranquillitatem (vt ita loquar) amantes, sedatis & compositis moribus præditos, fideles, ingeniosos, religiosos, rerũ popularium studiosos, fœcundos, &c.

*Stellarum insigniorum hæ sunt proprietates.*

Arcturi stella in 18°.& 10'.♎ vna cum morum significatoribus, fidelitatem, reliquis significatoribus addit morum integritatem.

Cor ♌ vel Basiliscus in 23°.40'.♌ magnanimitatem addit, superbiam & cupiditatem regnandi.

Spica ♍ in 17°.50'.♎ sedulitatem excitat, & in cognitione artium liberalium diligentiam, cum sedulitate mirabili, ac industria temperatam, præsertim si iungatur ☿. Cum ♄ vero morum significatore iuncta, pro suauitate asperitatem quandam, ac inconuenientem grauitatem: cum ♂ seueritatem importunam producit.

Cor ♏ seu Antares in 3°.50'. ♐ significatoribus morum iunctum, violentiam quandam moribus addit, ac audaciam cum crudelitate coniunctam.

Oculus ♉ in 3°.50'.♊ inquietum hominem efficit, turbulentum & seditiosum.

Hercules in 18°.♋ cum significatoribus morum calliditatem & astutiam addit moribus, animositatem, audaciam cum temeritate & crudelitate coniunctam.

Lyra in 8°.30'.♑ ad Musicam & voluptates animum nati inclinat.

Cauda gallinæ in 1°.)( ingeniosum hominem & ad artium liberalium cognitionem vel studia aptum efficit.

Caput Medusæ in 20°.50'.♉. crudelitatem in homine excitat, & violentiam, qua vel sibi vel aliis mortem violentã infert, vel violẽtæ mortis ansam præbet.

Capella in 26.10. ♊ curiositatem in animis hominum, item nimiam timiditatem excitat.

Aquila in 25°.♑ ferociam moribus addit, & militarem animositatem.

Delphini constellatio, quæ in 9°.10°.11°.12°.& 13°. ♒ hæret cum Domino genituræ, hilares facit homines, & qui natationibus & saltationib. delectantur, non tamen apertos, amicitiam & candorem celantes.

Canicu-

Canicula in 8°.50′. ♋ hominem efficit petulantem, ad iracundiã pronum, ſuperbum, incautum, violentum, effrenum.

Ex his nunc deſcriptionibus quilibet facilime coniicere poteſt, quales quilibet Planetarum mores decernere & ſignificare ſoleat, & quales quælibet ſigna, ſtellæque fixæ morum ſignificatoribus iunctæ, immiſcere principalibus moribus à Planeta ſignificatore denotatis ſoleant. Cum vero raro imo rariſſime accidat, vt vnus Planetarum morum tantum ſignificator exiſtat, operæ pretium me facturum putaui, ſi, antequam ſpeciales de moribus regulas proponam, prius quaſdam de commixtione Planetarum morum ſignificationem habentium in medium explicationis ergo attulero. Vbi tamen ſingularis adhibenda eſt diligentia, iudiciumque non mediocre, quo Planetæ iſti recte commiſceantur. Ad viam itaque commodam has obſeruabimus cautelas.

Primo vidẽdum eſt, qui ſint morum ſignificatores, & quis eorũ principalis ſit, quis vero minus principalis & Princeps.

Secundo conſiderandũ eſt, an vterque ſit fortis vel debilis, an vero alter tãtum fortis ſit, alter vero debilis, vel an principalis ſignificator fortis ſit, minus vero principalis debilis, vel econtra principalis morum ſignificator primas etiam partes in decernendis morib. obtineat, & is mores largitur euidentiores, & per vitam totam nati durantes. Minus principalis ſeu particeps ſecundas tenet partes, & mores decernit obſcuriores, nec ita durabiles. Si itaq; mores inter ſe pugnantes denotauerint, talis inſtituatur mixtio, in qua principales ſignificatoris qualitates exuperent & vincãt, præſertim quãdo vterq; ſimul fortis vel ſimul debilis exiſtit. Quando principalis ſignificator fortis eſt, alter vero particeps debilis, iudicium de moribus ex natura principalis ſignificatoris eſt deſumẽdum, ita tamen vt iſtorum bonitati aliquid adimat debilitas participis. Quando vero particeps fortis fuerit, principalis debilis, mores nato denotantur de principalis ſignificatoris natura obſcuri & fucati, quos quidem emendare ac corrigere natus propter participem fortem ſępe conabitur. Attamen in pleriſque vitæ actionibus hic conatus irritus erit, & principalis ſignificatoris mores recurrent. Vt autem iſta ratio cõmiſcendi plurium Planetarum inter ſe ſignificatores euidentius conſpiciatur, vnum atq; alterum exemplum miſtionis in medium afferam.

Quando ♄ & ♃ fuerint morum ſignificatores, & vterq; fortis ac bene affectus, facient illi duo mores maxime laudabiles, nam grauitati & modeſtiæ, quam ♄ efficit, ♃ conuenientem moderationem & elegantiam addet. Tales igitur homines erunt modeſti, probi, iracundi, in conuerſationibus & conſuetudine familiari grati & accepti, colent iuſtitiã,

amabuntque honestatem & æquitatem. In consiliis erunt graues, in electionibus & administrationibus mensuram ac rationem adhibebunt, amicos ac domesticos beneuolo affectu prosequentur, mansuetudinem, lenitatem & æquitatem vbique præ se ferent: Iouis enim benignitas naturam malignam ♄ temperabit ac diluet. In animis talium erit insignis ac singularis obseruantia & erga senes reuerentia, magistratus, pręceptores, & in vniuersum eos, in quibus sapientiæ & virtutis signa deprehendent. Cumque ♃ iudicium rectitudinemque tribuat, ♄ vero contemplationem amet, excitabuntur in talibus studia honestarum artium, vitæ grauitas, in docendo & discendo industria, veritatis indagatio, prudētia, amor erga rem rusticam, cui ♄ præest, ♃ vero affluentiam amat & efficit, quare amabunt prædia, culturam agrorum & hortorum.

Quando vterque debilis fuerit, ac male affectus, animum nati ab amicitia & familiaritate alienum faciunt, maleuolum, societates hominum aspernentem, sui etiam & suorum liberorum negligentem, amantem solicitudines, quibus mirifice delectabitur, suspicacem, simulatorem, suorum consiliorum celatorem, sacrilegum, inertem, languidum, susurronem, sine delectu aut iudicio, confuse iudicia administrantem, ineptum, infidelem, probitate & fucata pietate præditum, ambitiosum, sub prætextu boni multa scelera perpetrantem, iniustum, &c. Quādo eorum alter fortis est, alter debilis, fortis mores decernit pro sua natura, obscuriores tamen, remittit enim de sua natura aliquid fortis propter alterius debilitatem.

Cum ♃ & ☿ sunt significatores morum & simul fortes ambo, efficiunt homines ingeniosos, ac præstantia morum ad integritatem, vehementer appetentes, pios, religiosos, beneficos, ciuiles, rem familiarem sedulo agentes, aliorum etiam patrocinia & procurationes suscipientes, eloquentiæ deditos, atque ex hoc authoritatem sibi comparantes, elegantes & disertos in orationibus & publicis concionibus habendis, doctos, claros, in consiliis dandis præstantes, ac mediocriter graues. ♃ enim copulatus ☿ in hac significatione leuitatem ac inconstantiam, quæ alias ☿ significat, quasi corrigit & grauitate temperat. Quare tales homines non solum acuta ingenii vi præditi sunt, sed etiam conuenientē grauitatem actionibus addere, easque auctoritate quadam munire possunt. Consilia itaque acuta & prompta, ratione ☿. sed fidelia, matura, grauia, ac auctoritatis plena, ratione ♃ promere possunt, & gloriam assequentur, honores item & diuitias.

Si debilis vterque fuerit, horum omnium contrarium eueniet: erunt enim tales stulti, insipientes, nugatores, irrisores, sapientiam & virtutem simula-

ſimulatam præ ſe ferentes, arrogantes, fallaces, circulatores.

Eodem modo morum qualitates in reliquis Planetis, cum ſignificatores ſimul fuerint, inter ſeſe ſunt commiſcendæ. Prodeſt etiam conſiderare an aſpectu aliquo ſignificatores morum inter ſe copulentur, an vero in ſignis ſeparatis verſentur. Quando enim benigno ſeſe intuentur radio, magis laudabiles mores efficiunt. Quando vero malus inter eos intercedit radius, vel quando ſeſe mutuo non contuentur, obſcurior fit & imperfectior qualitatum commixtio, ex qua minus laudabiles mores efficiuntur. Hæc de ſignificationibus morum ſignificatorum. Nunc electiones eorum regulis paucis comprehendemus.

*Prima regula.*

Quando aliquis Planeta in Horoſcopo conſtituitur, ſiue in ſigno aſcendẽte, ſiue intercepto hæſerit, morum ſignificationes ſibi aſſignabit. Particeps autem illius erit is Planeta, qui in eius loco plurimas dignitates eſſentiales obtinuerit. Noli autem putare, eum Planetam ſemper eſſe diſpoſitorem, qui domicilium in eo loco obtinet, vel etiam terminum: tum enim illorum ratione plures habet dignitates, quam in domicilio conſtitutus.

Conſidera autem diligenter hoc in loco Planetam illum ſignificatorem cum ſuo diſpoſitore: (quorum paulo ante mẽtionem fecimus) ſi enim beneficus fuerit, vel ſi beneficis configuratus potius, decernit honeſtos, bonos & laudatos pro ſua natura mores. Si vero beneficus fuerit, beneficiſque configuratus, attamen debilis, mores quidem laudabiles efficit, ſed tamen obſcuros ac magis dilutos & ſimplices. Si vero maleficus & maleficis radiis infectus & debilis, tribuit mores pro ſua natura malos & diſtortos. Malefici potentes decernunt quoque mores bonos, ſed aliquid veneni ſemper miſcent, & aliqua improbitatis veſtigia ſemper apparent.

☿ indifferẽs eſt, & largitur mores de natura Planetæ, cuius ipſe naturã aſſumit, quod facit modo duplici: 1. cum coniungitur alicui corpore. Quod ſi pluribus iungatur, eius naturam aſſumit, qui inter eos potentiſſimus eſt, & qui eſt ei proprius. 2. Si nulli Planetæ iungitur, eius naturam aſſumit, in cuius dignitate eſſentiali verſatur; ☊ æquiparatur ♃. & ♀ cõſtitutioni, ſiue fauſta illa fuerit ſiue infauſta, ☋. ♄. & ♂ti.

Eſt & hæc cautela diligenter de luminaribus obſeruanda. Si enim luminaria in Horoſcopo conſtituuntur (quæ alias ad morum ſignificationes ſunt inepti, quod nihil certi per ſe in morum iudicio determinare poſſint) pro ſua natura aliquid diſponere poſſunt, ſed valde generaliter, verum pro natura ſuorum diſpoſitorum. Eadem eſt ratio ☿. cum naturã

lumina-

luminarium assumit. Quod si luminaria in Horoscopo constituta nullos dispositores habuerint, illi cum in propriis domibus versantur, propter eorum significationem adhibendi erunt reliqui quoque significatores, iuxta sequentes regulas, quas paulo post videbimus.

Quando autem cum principali morum significatore congruentiam habent aliquam, significationes eius mirum in modum adiuuant & augent, vt cum ☽ significatori iungitur, aut aliis per aspectum benignum, aut receptionem mutuam, cum ipso copulatur & lumine crescit, mores ipsius principalis significatoris, magis apertos & synceros, si decrescit, fucatos efficit; in latitudine maxima vel septentrionali vel meridionali existens, varietatem moribus addit & inconstantiam, cum in hac cito suum situm sub Zodiaco mutet. ☉ habens conuenientiam cum principali morum significatore, vel etiam significatoris particeps existens, fortis ac fortunatus, grauitatem addit cum splendore & elegantia coniunctam. Debilis vero principalis significatoris bonitatem imminuit & mores ab ipso significatos quasi diluit & languidiores reddit. Hæc quoq; de cautionibus breuiter dicta sunt, antequam nunc ad alios aphorismos accedamus, superioris regulæ aliqua exempla trademus. In genitura Hermolai Barbari viri in omni scientiarum genere eruditissimi, nati anno 1453. M. Maio, D. 21. H. 5. 0'. in occasu Solis, ♃ solus in Horoscopo mediocriter constitutus & significator morum existit, participem vero ♂ assumit, in cuius dignitate essentiali versatur. Mores itaque huic viro denotarunt admodum elegantes & laudabiles; ♃ in ipso excitauit mores & amorem erga res honestas, erga studia artium: ♂ ingenii acumen addidit, ardentioresque in animo impetus excitauit, quos tamen grauitate ac venustate mira conuenientique temperauit ac ornauit principalis eorum significator ♂. Fuit hic Hermolaus vir doctissimus ab omni barbarie alienus, modestus, grauis, prudens, vt scripta eius testãtur, generosus, apertus, &c.

Sic in genitura Angeli Politiani, Oratoris & Poetæ celeberrimi, nati anno 1454. 14. Iul. hora 1. 28'. P. M. ♄ solus cõstituitur in Horoscopo, debilis & peregrinus, eius dispositor est maleficus alter, radio opposito partili, ex angulo occidentis feriens. ♂ similiter peregrinus & debilis, attamen ♃ partiliter iunctus. Hi itaq; duo malefici hostiliter sese contuentes moribus non admodum laudabilibus eum præditum obtulerunt, ♂ quidem cum à vicino ♃ corrigatur, concitauit in eo ingenii acumen; ac impetum ad facultatem oratoriam, ♄ vero morositatem adiunxit, infidelitatem, importunam grauitatem, ita vt sibiipsi etiam fidelis esse non poterit: exhausto siquidem veneno sibi ipsi mortem consciuit.

Regula

*Regula ſecunda.*

Si plures Planetæ Horoſcopum occupauerint, omnes morum erunt ſignificatores, nimiam morum varietatem excitantes, hac tamen ratione, vt inter eos fortiſſimus exiſtens mores largiatur durabiles ad vitæ finem perpetuoque manentes & in plerisque actionibus nati adhærentes: reliqui vero minus durabiles, & qui tantum ad tempus durent, quorum duratio ex directionibus ☽ & Horoſcopi deprehenditur, quæ vbi ad ♀ peruenerit, hilaritatem, ſuauitatem, & reliquos mores venereos addit; lætitiam & honeſtatem cum ad ♃. cum ad ♄ grauitatem, moroſitatem & taciturnitatem mores excitāt. Exempla huius habemus in genitura Rodolphi Pii Cardinalis nati anno 1500. D.13. Febr. H.17.53'. P.M. In Horoſcopo ſimul cōſtituuntur ♃. ☉. ☿. ♀ hi igitur omnes in ipſo morū ſignificatores fuere. Præcipuas tamen in ſignificandis morib. partes obtinebit ♃ & ♀ præ reliquis fortes & fortunati exiſtentes. In primis vero ♃. cuius naturam ☉ quoque aſſumit. Fuit igitur hic moribus laudabilibus præditus & bonis, fuit manſuetus, grauis, fidelis, iuſtus, hilaris, formoſus propter ♀. facundus, diſertus, liberalis, beneficus, & erga virtute præditos munificētiſſimus, philoſophus facundus & præſtans, ac Theologus eximius.

*Regula tertia.*

Si vero nullus Planeta Horoſcopum occupauerit, neque etiam in ſigno aliquo intercepto fuerit in Horoſcopo conſtituto, conſiderandus erit is Planetarum, qui ☽ vel ☿ iungitur, & ex illius Planetæ natura iudicium promēdum. Vt in genitura Marcelli Coruini Cardinalis nati 1501. D.5. Maii, H.23.19'. P.M. Solus ♄ iungitur ☿, quare eius mores fuerint Saturnini & Mercuriales. Fuit, vt de eo refert Gauricus, inſignis Melancholicus, taciturnus, cogitabundus, probus, honeſtus, ingenio præſtans, Græcæ & Latinæ linguæ doctiſſimus, &c.

*Regula quarta.*

Si plures Planetæ iuncti fuerint ☿ aut ☽. aut ſi ☉ alterutri iungatur vel vtrique, ita, vt ☿ & ☽ aliqui iungerentur, omnes ſunt morum ſignificatores, taleque iudicium eſt deſumendum, quale offerunt plures Planetæ in Horoſcopo conſtituti: ſignificat tamē inter eos fortiſſimus mores maxime euidentes & durabiles, reliqui vero minus conſpicuos, interdum tamen ſeſe exerentes, & ad aliquod tempus durantes, non autem per totam vitam; cum quotidie facilia exempla ſeſe offerant, addere hic ſuperſedebo.

*Regula quinta.*

Quod ſi nullus Planeta Horoſcopum occupauerit, neque ☽ aut ☿ a-

liquis iunctus fuerit corpore, assumendus fuerit Dominus Horoscopi, ac de eius natura affectioneq; bona vel mala iudicãdum est de moribus, quemadmodum prima regula docuit, ita tamen, vt eius dispositor eum aliquo aspectu partili intueatur. Quod si non intueatur eum, recurrendum est ad illum Planetarum, qui fortius ☽ vel ☿ partili radio aspexerit, isq; morum erit significator. Si nullus aspexerit partili radio, is erit morum significator, qui in loco ☽ & ☿ plures dignitates sibi vindicat, seu qui Almuthen loci ☽ & ☿ fuerit, ac pro natura eius & affectione bona vel mala iudicium de moribus constituendum.

*Regula Sexta.*

Si plures ☽ aut ☿ vel vtrumque simul aspiciunt, repete ea, quæ de pluribus Planetis in Horoscopo simul versantibus in regula secunda sunt tradita: nam morum varietatem omnes efficient, talem tamen, in qua maxime conspicui erunt mores, ab illa Planeta significati, qui inter reliquos fortissimus erit, & maxime partili radio, vel ☽ vel ☿ fuerit, qualitatem etiam considera, an videlicet bonus sit, an vero malus vel hostilis.

*Regula septima.*

Significatores morum iuncti stellis fixis primæ vel secundæ magnitudinis, de quibus supra diximus, illis præsertim, qui parum distãt ab Eclyptica, viuificam in significatione morũ habent vim. Nã eos mores, quos Planeta per se significat, ita largitur, vt plane appareat & conspiciatur.

*Regula octaua.*

Quoties aliqua fuerit in morum significatoribus pugnantia, de moribus adhibendus est veluti arbiter Dominus genituræ, & secundum eius naturam vel beneficam, vel maleficam, lis dirimenda: & si testimonium genituræ Domini accesserit ad congruentes eius naturæ significationes, effectus erit eo euidentior & certior. Hęc de significatoribus illorũ dicta sunto, quæ si recte applicentur ad genituras, omnes diiudicari possunt.

*Exemplum propositæ genituræ.*

Hæc genitura non solum ad regulam primam, verum etiam secundã, tertiam, quartam & quintam congruit: quamobrem iuxta primam & secundam, cum illę fortiores in hoc iudicio censeantur, iudicium de moribus constituo; ♀ siquidem Domina genituræ corpore in Horoscopo constituitur, à nullo maleficorum aspectu aliquo malefico læso. Ad secũdam regulã & ad primã simul quadrat cõstitutio ☿ orientalis in ♈. Solis in ♈ quoq; signi intercepti. Tertio accedunt etiam ♂ & ♃ qui similiter in Horoscopo constituuntur, sed cum in 6°. & 7°. gradu sequentis signi ♉ versentur, eos omitto. Si enim in ♈ adhuc versantur, ad hanc quoque dignitatem essent assumẽdi; particeps autem in significatione morũ

est

est quoq; ♃. Iuxta secũdam igitur regulam, quæ omnes Planetas in Horoscopo cõstitutos ad morum significationes assumendos docet (miram varietatem efficientes) ita tamen vt Planeta inter eos fortissimus magis durabiles excitet mores, pro significatorib. morum assumo ♀ & ☿. illam vt principalem significatricem, hunc vt minus principalem. Cum itaque principalis morũ significatrix ♀ sit fortis & fortunata, minus vero principalis fortis mediocriter in hac significatione, siquidem etiã ipsis valde signum interceptum obest, participem quoq; ♃ & mediocriter fortem prehendo: hinc pronuncio, huius nati mores futuros potissimum venereos, ita tamen vt alii quoq; interdum aliquam significationẽ in morib. sibi asscribant. i. e. futurum hunc natum quietem, iustum, pium, mediocri ingenio præditum, de quo postea melius, tranquillũ, mansuetũ, blandum, delitiarum amantem, ad voluntates hominum conciliandas aptũ, hilarem, in gestibus & oratione venustum, beneficum, pacificum, amantem munditiem & ornatum, candidum, apertum, ad voluptates & choreas pronum, conuersationes cum mulieribus appetentem, & ab his iure diligi cupientem, labores & molestias fugientem, non solitarium, libidinosum, beneuolentiam quoq; erga suos & alios exercentem, religiosum, res olim gestas tenentem, earumq; libenter mentionem facientem, sagacem, docilem, doctrinarum & artium capacem, cautũ, circumspectum, profunda cogitantem, & res ad amussim, vt dicitur, examinantem, mediocrem Poetam, Geometram, & Mathematicum mediocrem, multa tamen sine præceptore discentem, cum dexteritate quadam agentem, non præcipitem, scientem se quibusuis personis & rebus applicare, simulantem tamen etiam aliquid ratione signorum, inconstantẽ, amantem, fideliter non colentem, ingeniosum, varia fortuna vtentem, audacem & superbum, imperiosum, &c. Hæc de moribus paucis.

## DE INGENIO.

Iudicium de qualitatibus ingenii seu rationalis potentiæ animæ ex ☿ consideratione sumendum, etiam antea dictum est, & ex configuratione eiusdem cum ☽ ac Planetis reliquis. Nominamus autem ingeniũ hoc loco felix, quod multa per se prudenter, celeriterq; excogitat. Vel ab aliis tradita & inuenta facile inuestigat, agnoscit & diiudicat, eademque memoria firma complectens, vel in agendo dextre exquirit, vel in dicendo perspicue & eleganter differit. Pronunciaturus itaq; de ingenio ☿ cõditionẽ inspiciat cũ rationali animæ & reliquis spiritib. animalib. in cerebro is præficiatur. Sicut ☽ vegetatiuę virib. cerebri procpiorib. sensui. Quod si ☿ & ☽ loco bene affecta fuerint, & sese benignis radiis aspexerint, efficitur

quædam cōuenientia inter animam rationalem & reliquas vires, ex quibus ingenium præſtans & vegetum conflatur. Si contrario modo ſe habuerint, ingenium hebes & tardum efficitur. Cum vero hoc iudicium magis aphoriſmis, quam iudicio vniuerſali conſtet, regulas ſequētes obſeruabimus, ex illisq; de omnibus genituris iudicium ſtatuemus.

*Prima regula.*

☿ & ☽ coniuncti in quouis ſigno, melius tamen & euidentius, ſi in ſigno quoque bonæ indolis fuerint; ingenioſos reddunt, præſertim etiā ſi fortes fuerint, & ♄ vel ♂ radiis benignis foueantur: ♄ enim meditationes & profundas cogitationes cum aſſiduitate excitat: ♂ acrimoniam & impetus vehementiores addit. Talis eſt ☌ in genitura Ioannis Baptiſtę Aquilani, de quo Gauricus ſcribit, quod fuerit Orator & Poeta facundus & elegans. Eodem modo in genitura Alberti Dureri pictoris celeberrimi, ☽ & ☿ non procul à M.C. cardine plane coniunguntur, quæ ☌ excellens rerum inuentarum denotauit ingenium. Sic quoque coniunguntur in themate Ioannis Regimontani, item Eraſmi Reinholdi.

*2. Regula.*

☿ & ☽ ſeſe mutuo ex domiciliis & exaltationibus recipientes, etiam inſignem ingenii ſolertiam largiuntur; vt in genitura Vlrici ab Hutten ☽ & ☿ ſeſe mutuo ex exaltationibus recipiunt, fuit is nobilis eruditus & Poeta inſignis.

*3. Regula.*

☿ & ☽ ✱ radio ſeſe mutuo intuentes idem prędtant, ſeu ingenium ſimiliter prętans efficiunt. Talis conſtitutio fuit in genitura Andreæ Veſalii, Medici excellentiſſimi, & Anatonſis Imperatoris celeberrimi, nati ann. 1514. Decemb. 30. H. 7. 45'. P. M. ☽ ex ♓. ☿ in ♑ hærentem ✱ radio cōtuetur. Quanta ingenii felicitate & præſtantia fuerit præditus, monumenta eius teſtantur.

*4. Regula.*

☽ & ☿ ſeſe mutuo intuentes △. etiam efficiunt ingenioſos. Sic in genitura Copernici, Aſtronomiæ reſtauratoris, ☿ ex ♈. dignitate eſſentiali ♂. de qua habebimus regulam, proiecit △ dextrum, qui alias infauſtus cenſetur, ad ☽ in ♐ eſſentiali dignitate ♃ hærentem. Contribuit hæc cōſtitutio ingenium felix & præſtans, non ſolum ad intelligenda ea, quæ ab aliis tradita fuere aptum, ſed etiam in inueſtigandis & excogitandis exquiſitionibus & nouis ex Aſtronomia hypotheſibus promptum. Eodem aſpectu ſeſe mutuo contuentur in genitura Georgii Purbachii Mathematici inſignis.

*5. Regu-*

*5. Regula.*

☿ & ☽ ſeſe mutuo radio □ aſpiciẽtes etiam ingenium acutum & præſtans largiuntur, ſed remiſſius, plerunque etiam turbidum ingenium efficiunt, & in actionibus pene omnib. vehemens, ac cum quadam temeritate coniunctum. Sic in genitura Andreæ Oſiandri Theologi aſpiciũt ſeſe mutuo radio □. Ingenium itaque ipſi iſta conſtitutio acutum, ſed inquietum, turbidum & temerarium denotauit. Talis quoque conſtitutio eſt in genitura Georgii Sabini Poetę & Oratoris clariſſimi; Item in genitura Ioannis Pici Mirandulani, ☿ ex ♒ proiicit □ aſpectum ad ☽ in ♉. Fuit is ingenio acri præditus & ad cognitionem artium philoſophicarũ aptus, quarum etiam fuit peritiſſimus, ſed turbido & nimis in actionib. vehementi, vt eius ſcripta quoque teſtantur.

*6. Regula.*

☍ ☿ & ☽ præſertim ex angulis, contumacia & turbulenta ingenia efficit. Quod ſi alter eorum in detrimento ſuo ſimul exiſtat, vel in caſu, vel à maleficis partiliter lædatur, ſeditioſa, audacia & periculoſa cõſilia promentia denotat. Vt in genitura Henrici Cornelii Agrippæ, qui ingenio fuit præditus ſagaci quidem, ſed vario, contumaci & maledico.

*7. Regula.*

Cum nulla eſt inter ☿ & ☽ conuenientia per aſpectum, ſed verſantur in ſignis ſeparatis, ſequentia conſiderabis. 1. ☿ in conditione ſua abſolute conſideratus, quando ſaluus eſt, non læſus partiliter à maleficis præſertim ♂. in ♒. & vel bono cœli loco ingenia efficit ſolertia, & ad omnes diſciplinas apta, præſertim ſi ſit orientalis, vel ex curſu, & cum altero nodorum iunctus: nam ita conſtitutus acumine & celeritate ingenii promptiſſimos, & in omni doctrinarũ genere excellentiſſimos efficit. Sic conſtituitur ☿ in genitura Eobani Heſſi, niſi quod occidentalis ſit, ingeniũ itaque eius fuit excellens, cum præſertim etiam ☊ & quatuor Planetæ in △ aereo conſtituantur, quæ conſtitutio ſemper ſingulare quiddam portendere ſolet. Talis quoq; eſt conſtitutio in genitura Philippi Melanchthonis, cuius ingenium feliciſſimum eam ſtudiis omnibus & vniuerſæ rei literariæ attulit commoditatem, vt ex eius ſchola & inſtitutione doctiſſimi peruenerint. 2. Adiuuat etiam acumen ingenii & induſtriam, & præcipue vim admirabilem eloquentię & ad poeſin atque ad ſcientias liberales ſingularem amorem, in iiſque tractandis inſignem felicitatem exercet, cum in Horoſcopo cõſtituitur ☿ orientalis & velox, præſertim in ♈ ♊ ♍ ♎ & ♐. Hæc enim ſunt ſigna eloquentiam ſignificandi, ſed ad Philoſophiam & Mathematicas artes ♑ & ♒ magis idonea ſunt: ſed neceſſe eſt, vt ſit Di. velox, orientalis & maleficorum læſionibus liber, ſed in

♉ constitutus ☿. etiamsi sit in Horoscopo, tamen magis stupidos, simplices & rudes facit, nisi à ♀ receptus, aut benigno aliquo radio ♃ & ♂ excitetur. Talem habuit constitutionem Erasmus Roterodamus, cuius iudicium de rebus grauissimum, ingeniũ acutissimum, & genus orationis copiosissimum & suauissimum fuit. Item in genitura Petrarchæ Florentini.

3. ☿ in suo domicilio aut à ♀ receptus ex domicilio vel exaltatione, præsertim in figuræ cœli angulis, acre ingeniũ efficit: vt in genitura Georgii Sabini ☿ à ♀ ex angulo orientis recipitur ex domicilio, quæ receptio idem præstitit, ac si vterq; in propria domo versetur.

4. ☿ receptus à ☽ ex domicilio vel exaltatione etiam largitur insignẽ ingenii solertiã, vt in genitura Vincentii Laurei, ☿ & ☽ sese recipiunt ex exaltatione, quem Gauricus laudat, & scribit fuisse Oratorem, Poetam, Philosophum, Physicum, Mathematices disciplinæ eruditissimum, &c.

5. ☿ in essentiali dignitate ♂. præsertim in ♈ si recipiatur à ♂ ex eadem dignitate, vtpote domicilio, exaltatione absentibus radiis maleficorum, ingenii solertiam admirabilẽ præstat. At Retrogradus ☿ & à maleficis simul afflictus ingenium quidem efficit acutum, sed impetuosum, callidum, rixosum, factiosum. Prioris partis regulæ exemplũ præbet genitura Camerarii, cuius ingenium excellens & doctrina multiplex, in vtraq; item lingua doctissimus, admirandaque fuit eloquentia, &c. Posterioris partis exemplum præbet thema Flacci Illyrici, qui etiam ☿ habuit à ♂ ex domicilio receptum, sed Retrogradum & □ ♄ læsum, quę constitutio ingeniũ ei largitur satis acutum & industrium, sed nimis sycophanticum, ambitiosum & adulterinum.

6. Consideranda quoq; venit ☽. hæc in nodis, callidos, agiles, ingenio promptissimos efficit, præsertim si lumine crescat & non procul absit ab ☋. Talis est constitutio in themate Victorini Strigelii. Nam præterquam quod ☽ ☊ iungitur, etiam ⚹ radio à ☿ aspicitur, ingenium eius quale fuerit, notum est omnibus. Itẽ si sit ☽ in maxima latitudine, Alcibiadea ingenia, id est, callidos, acutos efficit.

7. Vniuersaliter præstantia ingenia sunt, cum plures Planetę in △ cõstituuntur, videlicet ♊ ♎ ♒. quemadmodum id geniturę Ioannis Regimontani, Eobani Hessi, declarant. Imbecillis & corrupti ingenii sunt signa cadentia, quando videlicet ☿ peregrinus: aut in detrimento, aut cadens, aut combustus à ☉ tardus motu, & læsus particulariter à maleficis, præsertim ♂. ingenium corruptum & stolidum significat, & quo plura horum in vno nodorum concurrunt, eo est deterius.

8. ☿ à ☽ separatus, non intuens eam vllo aspectu, ingenii vires imbecilles denotat.

9. Quod

9. Quod si ☿ peregrinus & in domo cadēte, prorsus significat corruptum ingenium. Retrogradus & sub radiis ☉ latens, tardissimos & in actionibus & ingenio ostendit, quod si ☿ in ♒ fuerit, & ♂ cōiunctus, aut in 12. ab eo læsus, simplex & rude ingenium efficit. Plurimum etiam in eo potest Planetę corporalis coniunctio præsertim maligni & in abiectissimis cœli locis.

10. Vltimo quoq; conueniens est, reliquorum Planetarum constitutiones simul considerare, eorumq; cum ☿ & ☽ conuenientiam perpendere. Quando enim plures Planetæ (vt & supra dictum) inprimis ♄ ♃ & ♂ constituti fuerint in △ aereo, vna cum ☿. vel saltem ad eum beneficū radium proiecerint, ingenia præstātia efficiūt. Plura exempla ad hanc regulam congruunt, sed eadem hoc loco recensere breuitatis causa supersedeo.

CAVTELA.

Omnibus his specialibus & generalibus aphorismis aliquid detrahit constitutio ☿ in ♉. præsertim si simul Retrogradus aut combustus, & in malo cœli loco à maleficis afflictus sit (nisi in eodem fuerit cum ☽ coniunctus, tunc enim iuxta Iunctinum facit eruditos & doctos.) Quando enim in ♉ ☿ constituitur, homines simplices, rudes & stolidos, vel etiam prorsus fatuos efficit; augetur malum, quando simul in abiecto cœli loco debilis aut combustus versatur, aut à maleficis affligitur, hoc tamen ita est, si ☿ in ♉ constituitur, nec ex regulis pręcedentibus vlla ad genituram propositam congruit. Quando vero ☿ in ♉ constituitur, attamen ad aliquam prædictarum regularum cōgruat, effectus, de quo ista regula loquitur, propter hanc ☿ constitutionem erit languidior & obscurior.

Nota: in cuius natiuitate ☽ aspectu configurationeque fuerit destituta ac deserta, & vt ita dixerim, vidua per cœlum feretur, is iners in armis atque ignauus, & vt Græci dicunt, ἀπρακτος erit scurra. Pontanus in Aphorism. Ptol. 23.

2. ☿ in aliqua domorum ♄ efficit ingeniosos & acri intellectu præditos. Quod si Saturnus ☿ in domicilio suo constitutum, vel receptione inspexerit, △ vel ✱. is similiter erit ingenio acri præditus.

3. ☉ & ☽ in signo tropico cum ☿ faciunt excellentiam ingenii. Maternus.

*Exempla propositæ genituræ.*

☿ in proposita genitura nullum habet aspectum ad Solem, confero itaque ad regulam, quæ loquitur de ☿ & ☽ quando in signis separatis versantur. Vbi specialem habemus de essentiali dignitate Solis quintam: ex illaque cum aliis quibusdam iudicium de huius ingenio sumo, pronuncians

nuncians nati huius ingenium mediocre futurum; propterea, quod ☿ sub radiis ☉ sit, quod tamen magis ad aciem quam debilitatem declinat, cum ☿ in domo prima in dignitate ♂ constituatur, ☽ vero cum ♂ & ♃ coniungitur. Verum igitur est, nati huius ingenium felix & ad rem quam ad verba potius spectans, quos tamen cum difficultate quadam percipit: sed illis probe cognitis reseruat, & ad optatum finem perducit. Plura ipse ex regulis collige.

## De Fortvna et Miseria Nati in genere.

Etsi non admodũ necessarium sit de hoc doctrinæ genere agere, paucique inueniantur, qui de illo agant: Cum tamen aliquoties legissem apud Ptolomæum, Schonerum, & apud Iunctinum excellẽtissimum, breuiter antequam ad domum secundam accedamus, de dictis agemus.

Quæritur autem hic principaliter, vtrum natus in maxima vitæ parte consiliorum & negotiorum suorum secũdam fortunam & successus felices sit habiturus; pro quibus genituram considera hoc modo.

1. Si in ea quatuor aut plures Planetæ in essentialibus dignitatib. constituti reperiantur, puta domo, exaltatione, triplicitate, illustrem, splendidam & manifestam fortunam nato significant: cumq; fore in maxima vitæ & actionum suarum parte & pluribus rebus fortunatum & felicem. Talis fuit constitutio in themate potentissimi Regis Vngarici Matthæi Hunniades, qui quatuor Planetas habuit in mutua receptione ex dignitatibus essentialibus, videlicet ☉ in ♓. in exaltatione ♀. ♀ in ♈. in domo ♂. ☿ in ♒ in domo ♄. ♄ in ♊ in domo ☿. Hic quanquam multas calamitates initio sustinuit, tamen ita euasit, vt ex carcere ad Regiam dignitatem euectus formidabilis fuerit Friderico Austriaco Imperatori, verum etiam Turcis. Contra totidem Planetæ in suo detrimento aut casibus, absque mutua receptione ex dignitatibus essentialibus, vel si totidẽ prorsus peregrini fuerint, hi magis in vita impedimentis conflictantur, vt in genitura Ioannis Friderici Electoris Saxoniæ, qui ab Imperatore Carolo Quinto captus Electoratus dignitatem amisit, habuit is tres Planetas in suis detrimentis, videlicet ♄ in ♋. ♃ in ♊. ♂ in ♉. & vnum plane peregrinum ♀ in ♌. Cum vero maxima pars sit mediocrium geniturarum & rationes sint aut excellenter bonæ, aut extreme malæ, fit vt etiam rarius hæc regula sese ad vsum accommodet.

2. Considera luminaria & eorum dispositores; ex horum siquidem constitutione etiam illustris fortuna, aut infortunium deprehendi potest; ita tamen, vt prima regula, si inciderit, multo præstantiores & euidentio-

dentiores effectus polliceatur. Hæc tamen magis ad mediocritatem declinare videtur non sine insigni tamen euentu. Quod si hi significatores ex toto, vel maiori ex parte in propriis domiciliis aut altitudinibus suis, vel in receptione mutua ex iisdem & principalibus dignitatibus, atq; etiam in optimis cœli locis, vt 10.1.11.2.5. fortunam & successus secundos in vita significant. Contrarium portendunt, cum sunt peregrini, vel in casu aut detrimento suo, vel in locis cœli calamitosis, vt 6.12.8. Si mediocritas ex illis colligitur, quod fit, si pars significatorũ est in suis dignitatibus & bene affecta, pars extra suas dignitates & male affecta, aut cum significatores fuerint quidem in suis dignitatibus, verum in locis figuræ cœli abiectis, vel contra, in dissimilem fortunam, inconstantem & inæqualem portendunt, ita vt in aliis vitæ partibus sit felix futurus natus, in aliis prorsus infelix & infortunatus. Fieri autem potest, vt quis natiuitatem habeat valde bonam & multas egregias & fortunæ & felicitatis significationes, & tamen euentus tardius respõdeat his significationibus, id iudicium maxima ex parte à directionibus depẽdet. Nam ex iis solers Astrologus facile nato prædicere poterit, quo tempore vitæ suæ futurus sit insigniter fortunatus aut calamitosus. Tantum in genere de fortuna & successib. nati dictum, nunc ad aliarum domorum significationes nos conferemus, iudicium huius cum iudicio de diuitiis coniungemus.

## SECVNDA DOMVS DE DIVITIIS ET facultatibus huius nati.

Hactenus de iis diximus, quæ ad ipsius nati essentiã pertinere videntur immediate, vel quę perpetuo accidentia sunt animi & corporis, quęque secum natus ex aluo natiuo in hanc lucem attulit, quæq; ad eius statum generaliter pertinere videbantur. Requiritur nunc vt ad illud nos conferamus iudicium, quod ea inprimis spectare solet, quæ extrinsecus accedunt, & extra nati substantiam considerantur, quæque natus nõ secum ad hanc lucem affert, videlicet de diuitiis, agnatis, fratribus & sororibus, consanguineis, parentibus, matrimonio, liberis, prospera vel aduersa corporis valetudine, itineribus, honoribus, dignitatibus, amicitia, familiaritatibus, carceribus, inimicis, exilio & morte. Quam autem causam hæc, ita domiciliorum cœlestium ratione sequantur, ex superiorib. constat. Plura scire si volueris, Pontanum & Ptolomæum consulas. Sunt autem varia in parte hac Astrologorum iudicia; dum videlicet & generaliter & specialiter in his agitur. Generaliter, quando hanc quæstionem proponunt, vtrum natus sit acquisiturus diuitias, vel ecõtra in perpetua paupertate victurus? Specialiter, quando huic iudicio quasdam regulas

seu Aphorismos addunt, quibus concurrentibus iudicium certius & firmius desumi possit. Hunc autem locum, cum sit vnus ex præcipuis, paulo copiosius exponemus, quam cæteros, quod significationes magnæ alicuius & excellentis fortunæ coniunctæ plerunq; sint cū ingenio aliquo bono, vt sunt dignitates, honores, Principum gratia, felix coniugium & similia. Vocant autem Astrologi diuitias vniuersum id à parentibus relictum, quod eius industria conseruatur, augetur, vel dissipatur, vel etiam quod à nato adiicitur, quod multis ac variis modis contingere poterit. Cur autem hoc iudicium de diuitiis sequatur secūdo loco, ratio est, quod homo quamprimum vitalem auram haurire incipiat, multarum rerum, quæ pecunia comparātur, adminiculo illis educari, his vitam suam sustentare cogitur.

*Modus eligendi significatores diuitiarum, ostendentes vtrum natus diuitias sit acquisiturus, an vero in paupertate perpetua victurus.*

Significatores diuitiarum in qualibet genitura in iudicio de diuitiis & facultatibus sunt: 1. Cuspis seu principium domus secundæ. 2. Dominus domus secundæ. 3. Signum quoque interceptum, si quod fuerit, illiusq; signi Dominus. 4. ⊕. 5. Dominus partis. 6. Generalis diuitiarum significator ♃. 7. Planeta vel Planetæ in secunda domo existentes. Est autem cuspis secundæ domus spatium illud, quod incipit à quinto gradu antecedente cuspidem secundæ domus, vsque ad quinque antecedentes gradus proximos tertię domus. Vnde sequitur signum interceptum Planetasque in eo constitutos ad hanc significationem quoq; pertinere. Vbi tamen obseruandum, quod viciniores Planetæ ad domum secundam fortiores sint, & euidentiores effectus cieant. Ex his significatoribus pari ratione iudicium de diuitiis vel nati paupertate est conformandum. Suntque sequenti ratione examinandi. 1. Si omnes, vel maior eorū pars fortes & fortunati fuerint, in dignitatibus essentialibus in bonis cœli locis, significant natum diuitias magnas acquisiturum, & in rerum omniū copia & summa affluentia victurum. Si vero debiles & infortunati fuerint, vtpote in detrimēto & malis cœli locis, item casibus, à maleficis hostiliter læsi, natus penuria omnium rerum necessariarum ad vitæ sustentationem laborabit, & in extrema egestate inopiaque constitutus erit. Vbi hoc notandum, 1. quod, quo plura fuerint dignitatum testimonia, eò significationes euidentiores, quo vero debilitatum, eo debiliores futuras. 2. Si aliqui significatores fuerint fortes, aliqui rursus debiles, mediocre erit significatum, docens, quod acquisiturus natus quidem sit diuitias, illas tamē etiam rursus amissurus, ita, vt neque magnas pecunias reponere

ponere possit, neque etiam extrema paupertate prematur: id quod directiones declarare solent.

*Cautela huius prima.*

Diligẽter obserua, in quorum numero significator generalis ♃ constituatur, si in numero fortium significatorum, semper plus acquiret, quam amittet, licet in thesauros parũ repositurus sit. Si vero in numero debiliũ ♃ generalis significator fuerit, mediocritas hæc ad paupertatem declinabit, id est, maiorem vitæ partẽ in egestate & rerum penuria natus transigere cogetur. Porro si constat natum acquisiturum diuitias, vel futurum egenum & in paupertate victurum, pro secundo quoq; hanc considerabimus quæstionem, vnde accessuræ sint diuitiæ; vel contraria ratione vnde amissio seu paupertas, præterea de modis licitis vel illicitis, de tẽpore & duratione agemus. Vt autem cognoscas vnde diuitiarum vel paupertatis sit origo, consideres naturam Planetarum significationes paupertatis aut diuitiarum habentium. 2. Naturam domiciliorum, in quibus significatores constituuntur, (vbi sciendum nihil interesse siue benefici siue malefici fuerint significatores diuitiarum) natus siquidem diuitias acquiret per istas res & personas, quas Planetæ diuitiarum significatores, id est, qui fortes sunt & per se, & ex proprietate domus, in qua versantur, significant. Quemadmodum etiam inopia accedet per res & personas, quas significatores paupertatis per se & ex proprietate domus in qua versantur significant. Quales autem res & personas singuli Planetæ & duodecim cœli domicilia significent, sequentia docebunt. ♄ significat res, vt ædificationes, nauigationes, culturã terræ, fodinas metallicas, inuentionẽ thesaurorum absconditorum, patrimoniorum, opificia sordida & impura, tenacitatẽ, labores duros, molestias, hereditates mortuorum, carcerem, æs alienum. Personas, vt nautas, architectos, agricolas, fossores metallorum, lapicidas, opificia sordida, sutores, figulos, senes homines, graues, pertinaces, suspicantes, insidiatores, taciturnos, solitarios, Monachos, Iudæolentes, pigros.

♃ significat res, vt commendationes factas à claris & honestis hominibus, vt probitatem, honestatem, dignitates præsertim Ecclesiasticas, religionem, beneficia Regum. Personas, vt claros & auctoritate præstantes, religiosos, aulicos, in administrationibus negotiorum aut officiorum publicorum constitutos, Episcopos, Prælatos, Nobiles, Præfectos prouinciarum & ciuitatum, diuites, verecundos, mansuetos, &c.

♂ significat res, vt exercitus, bella, contentiones, rixas, imposturas,

res fortiter & præclaras gestas, victoriam, ignem, actiones & opificia, quę cum igne & per ignem absoluuntur, incendia & pericula ab igne, latrocinia, alchymisticam, tyrannidem, violentiam, personas, Capitaneos, Duces, exercitum, milites, aduocatos in iudiciis. Homines rixosos, contentiosos, impostores, iracundos, prædones, crudeles, violentos, audaces, opifices, qui in igne & per ignem suas operas perficiunt. Alchymisticos fabros, chyrurgos.

☉ significat res, vt Regna, Respublicas, nobilitatem, honores, Magistratus, magnanimitatem, splēdorem, dominationem, pulchritudinem. Personas, magnanimos, industrios, magistratus gerentes, splendidos, auctoritate & prudentia præstantes, Reges, Principes, Comites, potentes, ambitiosos, honorum cupidos.

♀ significat res, vt Musicam, artem textoriam, amoris affabilitatem, comitatem, vrbanitatem, pulchritudinem, dotem, mulieres, donationes factas à mulieribus, res pretiosas, libidinem, luxum. Personas significat, vt Musicos, comptos, humanos, affabiles, delitiarū & voluptatū amātes, sociabiles, procos mulierū, saltatores, luscos, pictores, Poetas, textores, aromatarios, cantores, sculptores & elaboratores lapidum pretiosorum.

☿ significat res, vt artes honestas & liberales, Philosophiam, Mathematicam, Rhetoricam, Geometriam, negotiationes, contractus, mercaturam, artem scriptoriam, industriam, & studia, quæ in contemplatione versantur, inuentiones nouarū artium, pacta. Personas, vt Philosophos, ingeniosos, Mathematicos, Geometras, Oratores, mercatores, scriptores, inconstantes, callidos, inuentores subtilium artium.

☽ significat res, vt nauigationes, legationes, itinera, peregrinationes, & quascunque res, quæ in aquis vel per aquas fiunt, piscationes, plantationes, seminationes, & studium historiarum. Personas significat, vt vagabundos, instabiles, nautas, legatos, cursores, & tales, qui sunt in assiduo metu, viduas, plebem, Reginas, piscatores, & qui in aquis laborant, timidos, &c.

*Domiciliorum significationes sic se habent.*

1. Domus prima, vt & supra quoque in generalibus dictum, vitam significat, mutationem, complexionem, qualitatem, industriam propriam nati, ac sedulitatem.

2. Secunda significat diuitias, possessiones, agros, hortos, supellectilē ac alia quæcunque, quibus lucrari aliquid natus potest.

3. Tertia significat fratres, sorores, agnatos, consanguineos, affines, itinera minora, legationes, hospitalitatem.

4. Quarta habet significationē patris, patrimonii, bonorum immobilium,

bilium,agriculturæ, thesaurorum absconditorum, agrorum, villarum, rerum occultarum & sepulturæ.

5. Quinta liberos significat, filios filiasque, munera, donationes, vestimenta, delectationes, conuiuia, ludos, voluptates.

6. Sexta, ægritudines ac vitia corporis significat, seruos, ancillas, vicinos, animantia minora.

7. Coniugii significationem habet, dotes nuptiarum, societatē mulierum, contentiones forenses, inimicos apertos, furta, rapinas, bella, seditiones.

8. Mortem significat & mortuorum hereditates non speratas, funera, timores, incantationes, veneficia.

9. Religionem, pietatem, veritatem, sectam, somnia, sapientiam, itinera maiora, legationes.

10. Regnum, Principatum, dominium, honores, vitæ statum, magistratus publicos, officia per administrationes, magisterium, i.e. studium seu artem, quam homo tradit, & peculiariter significat matrem.

11. Significat fideles vel infideles, fauores hominum, consilia, felicem successum rerum non speratarum, cōmendationes factas ab amicis, promotiones per amicos.

12. Est locus ærumnarum & tristitiæ, significat mœrores, labores, paupertatem, carcerem, impostores, inimicos occultos, meretrices, animalia maiora.

Iudicaturus itaq; vnde nato diuitiæ, vel econtra paupertas, patrimoniiq; amissio sit aduētura, cōsidera, qui significatores diuitias polliceantur, & ex natura eorum, ac ex domiciliorū in quib. versantur, iudiciū de mediis, per quæ acquisiturus est facultates natus, compone, vel econtra, quinam ex significatoribus paupertatem minitentur, considera, ac ex horum natura cum significatoribus domiciliorum, in quibus versantur, permista de mediis, per quæ amissio facultatum nato portenditur, ratiocinare. Si omnes fortes sunt vel eorum pars maior, pluribus ac variis modis substantiam ac facultates natus sibi acquiret. Si omnes vel maior eorum pars debiles fuerint, pluribus ac variis modis suarum facultatum iacturam faciet. Si aliqui fortes sunt, aliqui debiles, ita vt testimonia vtrinque fere sint paria, interdum amissio facultatum & paupertas per res & personas, quas significatores debiles & domicilia, in quibus hærent, significant: Interdum earundem recuperatio per res & personas, quas significatores fortes & domicilia, in quibus versantur, significant, denotatur, ac quo plures fortes fuerint, eo plures modi & occasiones acquirendarum diuitiarum significantur. Econtra, quo plures imbecilles fuerint

& afflicti, eo maior & crebrior ostenditur diuitiarum iactura; quantumuis natus resarcire eandem per occasiones à fortibus monstratas conetur.

*An licitis vel illicitis modis natus diuitias sit acquisiturus?*

Non raro in hac misera hominum senecta accidit, vt quis subito ditescens in suspicionem malæ acquisitæ rei perueniat. Huius itaque rei iudicium similiter à natura significatorum sumetur, quæ est vel benefica vel malefica, vel mediocris. Intelligunt autem hic beneficum significatorem Astrologi etiam eum Planetàm, qui in beneficorum essentialibus dignitatibus constitutus est, etiamsi natura sua maleficus. Item à natura signi, in quibus versantur. Tertio ab aspectibus & configurationibus cum reliquis Planetis. Quarto ab affectione propria eorum per se, id est, vtrum Retrogradi sint vel combusti, an ab his debilitatibus liberi. De mixtione itaq; harum significationum sequentes obseruandi sunt aphorismi.

1. Benefici natura sua non participantes cum maleficis, i.e. in signis maleficorum non existentes, nec si à maleficis hostili radio aspiciãtur, significant nato venturas diuitias licitis rationibus. Contrarium significatur, si malefici fuerint significatores, & prorsus non participent cum beneficis, tum enim illicitis modis colliget.

2. Beneficus natura sua significator participans cum maleficis vel ratione signi vel per aspectum, vel vtroque modo, non tamen Retrogradus aut combustus, partim per fas, partim per nefas, aduenturas diuitias significat.

3. Beneficus participans cum maleficis, Retrogradus simul aut combustus, maiorem partem diuitiarum illicitis modis natum acquisiturum esse denotat.

4. Beneficus sua natura non participãs cum maleficis, sed Retrogradus aut combustus, partim licitis, partim illicitis modis acquirendas diuitias significat.

5. Maleficus sua natura participans cum beneficis vel per signum, vel per aspectum, non tamẽ Retrogradus aut combustus, partim licitis, partim illicitis modis aduenturas diuitias declarat.

6. Maleficus participans cum beneficis, sed Retrogradus aut cõbustus, magis illicitis modis, & per fas & nefas corrasurum esse natũ substãtiam præmonstrat. Si fuerit ♄ per imposturas, deceptiones & furta. Si ♂ per manifestam violentiam, latrocinia, prædationes, incendia. Si ☿ & luminaria cum mediocres sint, per se nihil certi significant, sed eorum naturam assumunt, cum quibus participant, vel cum quibus per aspectum fortiorem copulantur. Iuxta has traditas regulas significatores diuitiarũ

oẽs

oẽs ordine examinandi ſunt, & teſtimonia eorũ in vtramq; partẽ colligenda, & ſecundũ vincentẽ teſtimoniorũ numerũ iudiciũ cõformandũ.

*De tempore diuitiarum.*

Tempus diuitiarum commodiſſime & perfectiſſime per directionum doctrinam inuenitur, dum ſignificatores ad beneficos promiſſores ducuntur, vel ad illorum promiſſorum radios. Cum tamen Aſtrologi generalem ſibi quandam præſcripſerint conſideratione̅, quod ſi coinciderint directiones, fortiores & perfectiores redditi, illam addere quoq; placet. Quod ſi vero cum directionib. pugnauerint, tum directiones, vt multo his certiores, ſunt anteferendæ. Conſiderant autem in tali iudicio quatuor cœli quartas, in quibus ſignificatores cõſtitui neceſſe eſt hoc modo. Maior pars ſignificatorũ ſi fuerit conſtituta inter Horoſcopum & domũ 10. ſignificat venturas diuitias in iuuentute aut in florente nati ætate. Si inter M. C. & occaſum in cœli quarta ſecunda conſtituantur, in virili ætate inſignem diuitiarum à ſe ſignificatarum acceſſione̅ denotant. Quod ſi inter occaſum & imum cœli conſtituta fuerit, maior ſignificatorũ pars in ſenectute opes promittunt. A quarta domo ad Horoſcopũ circa fine̅ vitæ. Similiter orientales à ⊙ ſignificãt ſignificatores cito & in iuuentute diuitias: occidentales à ⊙ tardius & in ſenecta. Ide̅ ſignificant Retrogradi contrarium, valores motu aut Directi. Hæc doctrina generalis eſt in probabilibus, ſed plus certitudinis eſt in directionibus, & ſi conueniunt, tum maior eſt certitudo.

*De duratione diuitiarum.*

Poſtquã expoſuimus, an licitis vel illicitis modis ſint venturæ diuitiæ, item de tempore diuitiarum diximus, reſtat, vt de duratione quoq; ſpeciatim dicamus, ſiquidem nõ raro accidere ſolet, vt ex ditiſſimis pauperrimi fiant. Sumitur. a. hoc de duratione diuitiarum iudiciũ à principali ſignificatore, qui ſemper eſt is, qui in ſecunda domo corpore conſtituitur. Hic ſi fuerit beneficus, ite̅ fortis ac potens, perpetuo cum quadã facultate duraturas diuitias oſtendit. Sin debilis, durabunt quide̅ perpetuo, ſed cum magno diſcrimine, ita, vt ſępe difficultates in parandis & conſeruãdis facultatib. experiantur; ſæpe etiã amittat & recipiat quidem. Sin vero maleficus fuerit in ſecunda, rurſus conſiderandũ, vtrum ſit fortis an imbecillis. Si fortis, ſignificat duraturas quidem diuitias & facultates, ſed cũ diſcrimine, ita tamen, vt plus amittat quam recuperet. Sin debilis, omnino nõ durabunt, ſed euertẽtur. De mediocrib. perinde vt ſupra iudicandum, in quã parte̅ declinent, i. e. quorum Planetarũ naturã aſſumãt, & cũ quib. participẽt. Quod ſi plures Planetę cõſtituti fuerint in ſecũda, eligẽdus & ꝓferẽdus eorũ fortiſſimus, & ſecũdũ eius naturã iudicãdũ. Porro ſi

nullus

nullus Planeta fuerit in ſecunda, quod ſæpe fit, ex eo caſu is Planeta principalis erit ſignificator, qui ſæpius adhibetur, vt ſi idem Planeta eſſet Dominus cuſpidis & ⊕. Quod ſi nullus Planetarũ ſæpius quam ſemel adhibeatur, is erit conſiderandus, qui plurimas dignitates eſſentiales habet in reliquorum omnium ſignificatorum locis, i. e. qui eſt Almuthen ſignificatorum, & ſecundum eum iudicium faciendum.

*Aphoriſmi ſpeciales de diuitiis, An natus futurus ſit diues vel pauper.*

1. ⊕ iuncta ♀ vel ☽ vel ♃. vel duobus ex his, vel omnibus ſimul in bono cœli loco, inſignes diuitias decernunt, præſertim ſi acceſſerit aliqua ſtella fixa regia, vt cor ♌. Spica ♍. oculus ♉. Quod ſi fuerit ſimul ♀ vel ♃ vel ☽ in ſuis domiciliis, vel exaltationibus, vel receptionibus, tũc effectus erit euidentior. Exempla huius aphoriſmi apud Gauricum ſunt plurima, vt in genitura Marcelli Coruini, ♀ & ☿ in domiciliis ſuis, ♃ & ♂ ſeſe ex domiciliis recipientes conſtituuntur, quæ conſtitutio fortunã & dignitates inſignes ei decreuit. Præterea ♃ habuit cum ⊕ in nona in ♈. & receptum ex dignitate eſſentiali à ♂ in ♓. Fuit primum pædagogus Alexandri Varneſii, deinde Epiſcopus, mox Cardinalis, deniq; Pontifex Romanus. Hæc itaque conſtitutio ſignificauit ei maximas diuitias & dignitates.

2. Idem præſtat Dominus ⊕ bene affectus ac cum ſtella fixa regia in bono cœli loco, vel in ſua dignitate eſſentiali: vtpote domo vel exaltatione coniunctus beneficis, aut altero luminari, vel in mutua receptione ex iiſdem dignitatibus, cum beneficis ac luminaribus, aut luminarium diſpoſitoribus, diuitiarum ſignificat affluentiam. Sic in genitura Cornelii Agrippæ ♃ Dominus fortunæ à ♄ ex domicilio recipitur, decreuit ipſi hæc conſtitutio ſatis amplas diuitias: attamen cum quadam inconſtantia coniunctas, partim propter naturam ♄ maleficam, partim vero, quia hęc receptio fit ex alterius Planetæ, nimirum ♃ caſu. Sic in genitura Vincentii Laurei Dominus ſecundæ ♂ à Sole recipitur ex domicilio fere in angulis. ☉ enim in occidentis cardine hęret, ♂ ab angulo M.C. motus violenti parum abeſt. Quare cum diuitiis creſcentibus etiam honoribus inſigniter eſt auctus.

3. Dominus ſigni, vel exaltationis ſecundæ domus, receptus ab altero luminari, vel alterius luminaris diſpoſitore forti, altero eorum primam vel ſecundam occupante, diuitiarum affluentiam ſignificat, quæ propria nati induſtria maxima ex parte augetur & creſcit, ſi Dominus ſecundæ hoc modo affectus fuerit. In ſeptima ex coniugio & ſignificatoribus ſeptimæ domus. In decima à magnis viris & Principibus magiſtratu aliquo

venturas diuitias decernit. Sic in genitura Petri Bembi, cui Domina ſecundæ domus ♀ recipitur à ☿ alterius luminaris diſpoſitore ex nona, atque præterea fixa ſtella regia, quæ in cuſpidem ſecũdæ domus incidebat, quæ conſtitutio ipſi non tantum maximos honores, ſed etiam diuitias portendit. Fuit enim ſcriba primum in Pontificatu Pauli Põtificis, poſtea factus eſt Cardinalis, & in maximis honoribus & diuitiis vixit.

4. Idem facit Dominus ſigni vel exaltationis ſecundę domus, in propria dignitate eſſentiali, vel ex eadem receptus in bono cœli loco, ſed remiſſius; quod ſi Domino ſigni vel exaltationis ſtella quædam fixa acceſſerit regia, eo ſignificatio diuitiarũ euidentior erit, vt in genitura Ioannis Pici Mirandulani ♂ in ſecunda ac domicilio ſuo conſtituitur, quæ conſtitutio inſignes ei portendit diuitias.

5. Dominus ſigni vel exaltationis primæ vel ſecũdæ domus receptus à Domino ſigni M.C. ex dignitate eſſentiali & in bono cœli loco conſtitutus, ac alteri luminari vel coniunctus, vel benigne configuratus, præter honores ac dignitates, beneuolentiamque magnatum, maximas diuitias & affluentes decernit. Nam, vt ſupra quoque dictum eſt, ſignificationes magnę ac excellentis dignitatis ac fortunæ plerunq; coniunguntur cum acceſſione inſigni facultatum & contra. Quod ſi igitur ſignificatores diuitiarum tenues, dignitates vero ac honores magnæ ſint, propter talem conſtitutionem intenditur etiam magis vis ſignificatoris diuitiarum, & contra, propter expoſitas cauſas, vt in genitura ſupra quoque dicta Petri Bembi.

6. Iudicium huius & ſequentis regulæ ſumitur ex domo quarta, vnde etiam paulatim ad fodinas metallicas pertinent. ♄ Dominus quartæ domus, vel conſtitutus in quarta domo in domicilio ſuo vel exaltatione & à beneficis amico aſpectu irradiatus, vel alteri luminari iunctus, diuitias decernit magnas ex fodinarum metallicarum cultura. Sic fuiſſe conſtitutum ♄ tradunt in genitura Iacobi Fuckeri ſenioris, qui floruit cum Maximiliano Imperatore, eum conſtat ex auri venis metallicis in Vngaria immenſos fructus per aliquot continuos annos percepiſſe, adeo, vt hæc inſignis eius felicitas vbique innotuerit, & ab omnibus celebrata fuerit.

7. Dominus quartæ domus receptus ex dignitate eſſentiali ab altero luminari, aut alterius luminaris diſpoſitore, præſertim ſi fuerit beneficus, ſimiliter inſignem fortunã ex fodinis metallicis decernet, vt in genitura Ioannis Roſenbergeri Patricii Auguſtani. ☿ Dominus quartæ recipitur à ♀ alterius luminaris diſpoſitore, ♄ ſimul in quarta exiſtente in ſua exaltatione, percepit is inſignes ex fodinarum metallicarum cul-

tura fructus, quamuis ii tardiores propter ♄ retrogradum fuerint.

8. Nunquam is diuitiis destituetur, in cuius genitura Dominus est ♃ aut aliàs fortis existit. Ad hanc genituram multæ quadrant genituræ, quarum exempla vbique sunt obuia.

9. Non omittenda est etiam stellarum fixarum cõsideratio. Eæ enim iunctæ significatoribus diuitiarum vt ⊕ cuspidi secundæ domus, luminaribus aut horum dispositoribus splẽdidiorem diuitiarum statum, quã Planetæ, sed vt plurimum cum exitu felici denotant, vt fidicula in secunda domo vel iũcta ⊕ vel Domino eius, in bono cœli loco diuitias immẽsas significat: sic dexter humerus Orionis etiam insignem felicitatem in statu diuitiarum denotat, si ⊕ aut ♃ fuerit iunctus. Eadem præstat Spica ♍ aut regulus seu cor ♌. si fuerint cum diuitiarum significatore, sed remissius. Arcturus diuitiarum incrementum cum eximiis honorib. coniunctum denotat. Oculus ♉, cor ♏. caput Medusæ, amissionem substãtiæ & diuitiarum paupertatẽ minitantur, cum fortuna aut Domino eius cõiuncta. Atq; hoc idem euidentius præstant, quando ♄ vel ♂ aut Dominus fortunæ vel secundæ existunt aut debiles, aut in malo cœli loco iunguntur; de his vide Stadium in Prognostico ex fixis, de facultatum incremento & decremento in suis Ephemeridibus fol. 58.

10. Malefici coniuncti ⊕ in suis dignitatibus essentialibus aut recepti ex iisdem in bono cœli loco, diuitias quidem promittunt, sed cũ maiori difficultate & inconstantia. Quod si ♄ hoc modo coniunctus fuerit ⊕. reddit sordidos & prauos, auaros & tenaces. Eodẽ modo si Dominus fortunæ seu cuspidis secundæ fuerit maleficus, diuitias quidem decernit, sed cum inconstantia & variis difficultatibus coniunctas.

11. Malefici debiles iuncti ⊕. aut Domini ⊕ existentes, vel secundæ domus cuspidis, aut coniuncti Domino ⊕ vel cuspidis secundæ, præsertim extra essentiales dignitates suas constituto, nunquam emergere natũ ad facultatem pecunias colligendi sinunt, sed perpetua paupertate ipsum opprimunt, ac amissionem etiam eius quod hereditate habet denotant.

*Exemplum propositæ genituræ.*

Ad superiora generalia primum hoc iudiciũ pertinere videtur. Nullus autem Planeta in domicilio seu essentiali dignitate constituitur, nisi quod ♀ & ♃ sese recipiãt ex domicilio, in optimis cœli locis, sintq; fortes & fortunati, ☽ & ☉ in suis constituantur exaltationibus: Constituti omnes in bonis cœli locis & pene omnes in domo prima, quæ aliàs singularem quandam felicitatem solet portendere. Sed luminaria affliguntur iuxta superiorem secundam regulam, grauiter ☽ coniunctione cum ♂. & ♄ ☍ in malo cœli loco constituto. ☉ similiter in signo intercepto in pri-

in prima versans domo maleficum agnoscit dispositorem ♂. qui domicilium in ♈ obtinet, sed constitutum in detrimento suo; in cuius dignitate quoque fortuna versatur. Pronuncio itaque, cum principales significatores, iuxta primam regulã, sint fortes & bene constituantur, reliqui econtra nõ fortunati admodũ, hãc geniturã mediocrẽ, tantumq; semper quantũ ad honestæ vitæ sustẽtationẽ requiritur natũ habiturũ. Quod tñ melius docebunt sequentia. Er wird allzeit ein zimlich hinkommens haben.

PRO DIVITIIS.

Significatores diuitiarum in hac genitura sunt, 1. Cuspis domus secundæ in 19°.49'.♉. 2. Domina secundæ domus ♀. 3. ⊕ in 22°.56'.♈ in signo Horoscopi intercepto. 4. Dominus fortunæ ♂. 5. Generalis diuitiarum significator ♃ proxime ad cuspidem domus secũdæ accedẽs in 7°.55'.♉. 6. ☽ in secunda corpore constituta. (reliquos duos Planetas, quia superant gradum quintum, vt regulæ docent, ad hanc significationem non assumo, poteris tamen si forsan placuerit in proprio examine iis aliquid sed perperam tribuere) Examen horum significatorum: cuspis secũdæ domus infelix & infortunata est, i.e. debilis. 2. Domina huius domus ♀ in prima corpore, in receptione mutua, fortis & fortunata respectu dignitatum essentialium. 3. ⊕ debilis & infortunata ratione peregrinationis & combustionis debilitatum accidentalium. 4. Dominus fortunæ ♂ debilis, vt in detrimento constitutus, item peregrinus extra dignitates essentiales. 5. Generalis diuitiarũ significator ♃ fortis ratione receptionis ex domicilio cum ♀ Planeta benefico, sed mediocris ratione aliarum dignitatũ. 6. ☽ in secunda corpore fortis ratione exaltationis, sed debilis ratione coniunctionis cum ♂. vnde mediocris potius. In hac testimoniorum collectione considerãda occurrunt tria testimonia fortitudinis, vnum mediocritatis & aliquot debilitatũ, quemadmodũ examen ostendit. Vnde concludo, natum hunc congesturum diuitias, quoniam ♀ Domina secũdæ existit, & à generali significatore è domicilio recipitur, nisi aliquid mali significet infaustus ♄ è malo cęli loco ad hãc domũ & significationes radius oppositus, hoc quod etiã fortunatius & melius, quia huc tres aphorismi speciales, videlicet 3.4.5. quadrãt, quod dominus secundæ domus ♀. fortis & fortunata, recipiatur ex domicilio à Domino M.C. & generali diuitiarum significatore ♃. sitq; ♀ in sua exaltatione quoq; cõstituta. Modi aũt, quibus natus diuitias sit acquisiturus, vel ecõtra rursus eas amissurus scd̃m significatorum naturas sunt, 1. Cuspis secundæ domus debilis significat, natum damnum diuitiarum percepturũ per significata secundæ domus, vtpote propriam negligentiam, vel per extructiones domorum, aliasque res ad cultum & ornatum spectantes, præsertim cum obsessa sit cuspis à maleficis duobus ♄ & ♂te.

2. ☽ in ſecunda fortis ſignificat huic nato diuitias per itinera, peregrinationes, per res in aquis peragendas, per plantationes & ſeminationes, per ſtudium, hiſtoriam, item per tales perſonas, quas Luna ſignificat. 3. ♀ fortis & fortunata, copioſas ei diuitias & principales per res & perſonas, quas ♀ ſignificat, vt per Muſicam, artem textoriam, amoris affabilitatem, comitatem, vrbanitatem, pulchritudinem, dotem, mulieres, donationes factas à mulieribus, res pernitioſas, libidines, luxum: per perſonas, vt muſicos, comptos, humanos, affabiles, deliciarum & voluptatum amantes, ſociabiles, procos mulierum, cantores, ſculptores & elaboratores lapidum pretioſorum; ratione domus per propriam induſtriam ac ſedulitatem. ⊕. quemadmodum & eius Dominus potius amiſſionem & deſtructionem patrimonii, quam acquiſitionẽ per res & perſonas Martiales denotat. ♃ fortis ſimiliter per commendationes & promotiones clarorum virorum, necnon perſonarum Eccleſiaſticarum, clarorum & auctoritate pollentium, per nobiles, præfectos, &c. Vnde cum & debilitatum & fortitudinum ſint ſignificationes, ſtatuendum natum maiorem diuitiarum partem per res & perſonas venereas acquiſiturum, iacturam etiam interdum facturum earum, ita tamen vt ſemper plus acquirat, quã amittat aliquid, etiam à Iouialibus, ſed illud remiſſius percipiat, cum ſit à maleficis afflictus, & pene cum ♂ eoſdem obtineat gradus. Porro an licitis vel illicitis modis natus diuitias acquiſiturus ſit, iudicium ex aphoriſmis colligitur hoc modo: ♀ Domina domus ſecũdæ, item ☽ in ſecunda conſtituta, participantes cum maleficis, vt ✶ ♂ ad ♀. & ☌ ☽ cum ♂. item ☍ ♄ ℞. malo cœli loco, oſtendũt hunc natum partim licitis, partim illicitis modis diuitias acquiſiturum, malitia tamen interdum aliqua accedet, quæ vix nocebit. Principalis ſignificatrix diuitiarum cẽſetur ſemper Planeta, vt dictum, conſtitutus corpore in ſecunda, quæ cum ſit verſatilis, amiſſionem interdum diuitiarum, vt etiam dictum, interdum etiã earum acquiſitionem ſignificat, ita vt propter ♀. quæ etiam aſſumenda, ſemper plus acquirat, quàm amittat. Hæ diuitiæ potiſſimum in ſenectute apparebunt, quod ☽ principalis ſignificatrix in vltima cœli quarta cõſtituatur. Licet enim ♀ cum reliquis in prima cœli quarta conſtituatur, quod tamen mihi non probatur, cum ad ſecundam proxime accedãt, tamen cum plerique ſint tardi, ad ſenectutem quoque inclinant. Hactenus ſecunda domus.

## TERTIA DOMVS DE FRATRIBVS & Sororibus.

Quæ ad alium quam ad ipſum natum pertinent, ea difficulter in nati-

uitatibus

nitatibus iudicantur, nec parem cum cæteris ſignificatoribus certitudinem habent. De fratribus igitur & ſororibus ſi quis iudicium quærat, commodiſſime ex primogeniti natiuitate coniecturam ſumet & ſignificationem, quia primogeniti geneſis fratrum & ſororũ ſtatum, quæ poſtea naſcantur, ſignificat. Ex alia autem, quæ non eſt primogeniti figura de fratribus, qui partim præceſſerunt iſtam natiuitatem, partim ſequuntur, aut nihil aut admodum parum iudicari poteſt, cum videlicet futura non præterita genituræ iudicent. Quod autem aliqui proferunt de numero fratrum, item de parentis & eorum omnium figura cœli conſtituenda ex primogeniti ſchemate, de quibus in problematibus Regiomontanus, illa vt ſuperſtitioſa, & ex Arabum ſchola huc adducta, reiiciemus, ne leges primæ cauſæ præſcribamus. Hoc tamen aſſero, primogeniti natiuitatem ſemper peculiare quiddam oſtendere. Si autem illa forſan haberi nõ poſſit, quomodo ex aliis doctrina ſit inſtituẽda, ſequitur. Significatores fratrum & ſororum in qualibet genitura ſunt: 1. Domus tertiæ ſeu cuſpis domus tertiæ, totumque illud ſpatium, quod incipit à quinto gradu ſubſequente cuſpidem tertiæ domus. 2. Dominus tertiæ domus, i.e. cuſpidis & ſigni intercepti, ſi quod forſan fuerit. 3. Generalis ſignificator fratrum, qui ſemper eſt ♂. 4. Generalis ſignificatrix ☽ ſororum. 5. Planeta vel Planetæ in tertia conſtituti, ſiue in ipſa cuſpide, ſiue in domo tertia fuerint. Hi ſignificatores omnes aut maior eorum pars fœcundo atque fœcundis in ſignis conſtituti plures decernunt fratres & ſorores; ſteriles imo & imbecilles, paucos aut omnino nullos ſignificant, quando etiam fuerint in ſignis ſterilibus. Quod ſi teſtimonia ſterilitatis incidũt, vt ſterilis Planeta ſit in ſigno fœcundo, aut contra, mediocris numerus fratrum & ſororum ſignificatur, idque pro numero aut potentia ſignificatorum: quæ vincunt in ſterilitate vel fœcunditate, augetur vel minuitur plerunque cum illa mediocritas in alteram partem inclinare ſolet. Planetæ enim fœcundi ſunt ♃ & ♀. quibus addi etiam ſolet ☊. cum ſit naturæ ♃ & ♀. Planetæ ſteriles ſunt ♄ & ♂. his additur ☋. cum ſit de natura ♄ & ♂. Luminaria mediocritatem quandam obtinent, ita tamen, vt ☉ magis tendat ad ſterilitatem propter exceſſum ſiccitatis, ☽ vero propter humiditatem magis eſt fœcunda quam ſterilis, ☿ indifferens eſt, id eſt, cum fœcundis Planetis fœcundus, cum ſterilibus ſterilis, eius tamen conditio ex duabus præcipue circumſtantiis diiudicatur, ☿ aſſumit naturam eius Planetæ cuius aſpectu configuratur, in quo ſemper potior aſpectus eſt præferendus imbecilliori, vt ☌ prefertur △. & hic ✱. & hic □. qui ☍ partilis aſpectus prefertur Platico, & ſiniſter dextro. 2. Aſſumit naturam eius Planetæ, in cuius eſſentiali dignitate ponitur. Hinc efficitur,

vt duorum Planetarum vires seu naturam ☿ assumere videatur, cum in alterius aspectu constituitur, & similiter in alterius dignitatib. versatur. Sed in hoc casu ☌ plus valet dignitatibus essentialibus, reliqui aspectus minus. Ergo reliquis aspectibus omissis, præter ☌ naturam ☿ assumit illius Planetæ naturam, cui vel coniungitur, vel in cuius dignitate essentiali versatur.

*Signorum naturam ostendit hæc tabula.*

| Signa sunt aut | | |
|---|---|---|
| Fœcunda | ♋ ♏ ♓ | 1. propter △ aqueum. 2. propter domicilium ☽ & ♃. |
| Sterilia | ♈ ♑ ♒ ♌ ♍ | 1. propter domicilium ♂ & exaltationem & domicilium Solis. 2. propter ♄ maleficum sterilem. |
| Mediocria | ♉ ♊ ♎ ♐ | propter domicilia & exaltationes dicuntur partim fœcunda, partim sterilia. |

Constitutis & secundum significatores, & secundum signa, in quibus Planetę constituuntur, significatoribus, fratrum & sororum, testimonia fœcunditatis significatorum & sterilitatis partim ex ipsorum natura, partim ex natura signorum, in quibus hærent, colligantur, & vter testimoniorum numerus maior erit, secundum eum de multitudine & paucitate, vt ita loquar, fratrum iudicium cõstituatur. Mediocritatis testimonia semper ad illam partem referantur, quæ numero testimoniorum vincit & superat.

*De fortuna & statu fratrum & sororum.*

Ex eadem significatorum affectione de fortuna fratrum iudicandum est: Si enim fortes sunt, ac in bonis cœli locis versantur, felicem fratrum statum significant, præsertim si benefici fuerint Planetę, ac in secũda cõstituti fuerint hoc modo affecti. i. e. fortes ratione dignitatũ essentialiũ, diuites fratres, ita vt ab his ad naturam etiam cõmodum peruenturũ sit, decernunt; in decima honorib. & dignitatibus eximiis prędítos fore fratres denotant. Debiles econtra significatores & in abiectis cœli locis hęrentes, fratres infelices, obscuros & inglorios significant. Si aliqui ex significatoribus fortes sunt, aliqui debiles, indicant aliquos ex fratrib. felices futuros, diuites & claros, aliquos infelices, pauperes & obscuros. Videndum tamen est diligenter, an numerus fortium significatorũ vincat

cat numerum debilium vel ecõtra; ſi enim plures ſunt fortes quàm debiles, pluribus fratribus felicitas promittitur. Si econtra debiles plures q̃ fortes fuerint, aduerſitates & impedimenta in omnibus vitæ actionibus plurib. fratrib. obiicientur, pauciores fortuna clementiori vtentur. Præterea & hoc diligenter conſiderandum eſt, in quorũ numero principalis ſignificator ♂. & principalis ſignificatrix ☽ reperiatur. Si ♂ in numero fortiũ reperitur, fratres fortuna meliori vtẽtur: ſi vero ☽ inter fortes, ♂ inter debiles ſignificatores reperietur, ſtatus ſororũ felicior erit q̃ fratrũ.

*De concordia nati cum fratribus.*

Si inter Dominũ primæ & tertiæ domus aſpectus benignus acceſſerit, concordiam & mutuã beneuolẽtiam nati & fratrum & ſororum ſignificat, idem decernitur cum primæ & tertię domus dominus fuerit idem ſignificator. Si malignus aſpectus fuerit inter dominum primæ & ſecũdæ, diſcordiæ & inimicitiæ inter natum & fratres ſiue ſorores ſignificantur. Quando ſe nullo plane aſpectu cõtuentur, ſed in ſignis ſeparatis verſantur, ſimultates ſimiliter & maleuolentiæ fratrum denotãtur. Hæc quoq; de fratrib. dicta ſunto, quæ facili modo etiã ad conſanguineos accõmodari poſſunt: q̃ alii de his agunt, vt ſupra dictũ, videntur prorſus inutilia.

*Exemplum propoſitæ geniture.*

Significatores fratrum & ſororum in hac genitura ſunt, 1. Domus 3. in 13°.49'.♊. 2. Dominus tertiæ domus ☿ in ♈. 3. Generalis fratrum ſignificator ♂. 4. Generalis ſororum ſignificatrix ☽. Examen horũ ſignificatorũ, 1. Cuſpis tertiæ domus ſignũ mediocre mediocritatis teſtimonium affert. 2. ☿ ſterilis propter coniunctionem & affinitatem quã habet cum ☉. ratione quoq; ſigni in quo verſatur, videlicet in Horoſcopo, interceptus ſterilitatẽ ſua natura confert ☽. 3. Domicilium ♀ ad fœcunditatem magis q̃ mediocritatem inclinans, vnum affert teſtimoniũ fœcunditatis. 4. ☽ ſignificatrix ſororũ per ſe fœcunda fœcunditatis affert teſtimoniũ, in ſigno mediocri, q̃ ad fœcunditatẽ inclinare videtur, magis tamen fœcunda: vnde mediocritatis teſtimoniũ cõfert. In collectione itaq; teſtimoniorũ inuenio paria teſtimonia, ita vt pene nulla ſit diſcrepantia, i. e. vtrobiq; eſſe & fœcunditatis & ſterilitatis teſtimonia, plura tñ ſterilitatis & mediocritatis q̃ fœcunditatis, vnde ꝓnuncio hunc natũ habiturũ fratres & ſorores, numerũ pene parẽ, ſed plures ſignificatores ☽ & ſororũ, niſi ☍ ♄ & ☌ ♄ lęderẽt, nõ tñ multas, q̃ ☽ fœcũda cõſtituatur in domicilio ♀. numerũ tñ ex vtraq; parte, qui mediocritatẽ nõ excedat. Porro q̃ ad ſtatũ eorũ attinet, deprehẽdimus. 1. Domũ tertiã eſſe fortẽ & fortunatã per ſe. 2. ☿ ẽt eſſe mediocrẽ. 3. Generalẽ ſignificatorẽ ♂ debilẽ. 4. ☽ debilẽ quoq; ꝑꝑ maleficos. Ex quorũ teſtimoniorũ collectione pronun-

pronuncio fratres futuros mediocriter fortunatos, ſorores quidem fortunatiores, ſed parum, ita tamen, vt parum emolumenti in natum redūdet, quod ♂ debilis, ☽ vero mediocris, nunquam tamen ad plenam & perfectam ætatem maxima pars ſororum perueniet, quod ☽ malefico ♄ ☍ affligatur, & cum ♂ coniungatur, vnde eas ſemper valetudinarias cenſeo, ſi ſuperauerint, & quod ad vitæ ſtatum, fratres fortunatiores ſi habuerint vix duos, qui tamen ad crudam ſenectam non peruenient, ſed malefici & fratres & ſorores interimunt.

♀ Domina primæ, ☿ Dominus tertiæ nullo ſeſe aſpectu intuētur, ſed in ſignis ſeparatis verſantur: quare rixæ & contentiones maleuolentięq; iuxta regulam futuræ, &c.

Hæc de iudicio domus tertiæ ſufficiant.

## DOMVS QVARTA DE PARENTIBVS.

Hoc iudicium perinde vt ſuperius de fratribus & ſororibus nati neq; adeo neceſſarium eſt, vt pleraque alia, neque adeo certum, vt quæ de propriis effectibus è genitura ſumuntur. Sed cum inter parentem & filios ſimilitudo quædam ſit & conuenientia, ita vt de ſtatu parentum ex filiorum genituris iudicium ſumatur, placet ad normam Aſtrologicam accommodatam certitudinem afferre. Ac primo quidem ſignificatores de patre, & deinde de matre cōſtituere & inuenire docebo, tandem de concordia mutua parentum erga filium quædam addam.

## DE PATRE.

Significatores patris in qualibet genitura ſunt: 1. Domus quarta ſeu cuſpis domus quartæ cum ſigno intercepto, ſi quod fuerit. 2. Dominus quartæ domus. 3. Generalis ſignificator patris ☉ in genitura diurna, ♄ in genitura nocturna. 4. Planeta vel Planetæ in quarta conſtituti, vel in ſigno eius intercepto, ſi quod fuerit. Hi ſignificatores omnes, vel maiore ex parte fauſti & potentes, illuſtrem & ſplēdidam patris fortunam ſignificant poſt natiuitatem filii. Qualis enim ante natiuitatem ſtatus parentum fuerit, iudicare natiuitas filii non poteſt, cum de futuris, non de pręteritis coniecturas ſuppeditet, & nondum extiterit infans. Quod ſi debiles, infauſti & impediti fuerint iidem ſignificatores, ſignificant humilem, abiectum & ignauum patrem. Si partim debiles, partim potētes fuerint, vt mediocritas inde colligatur, erit illa mediocritas intentēda vel remittenda pro natura Planetæ occupantis domum quartam, & ſi plures in eo loco fuerint, potior dignitate anteferendus eſt reliquis.

## De Matre.

Significatores matris ſunt, 1. Domus decima. 2. Dominus eius. 3. In diurna genitura ♀. 4. In nocturna genitura ☽. 5. Planeta vel Planetæ in decima domo hærentes. Hi ſignificatores omnes, vel maior eorum pars feliciter conſtituta, matrem fortunatam ſignificant poſt editum infantem. Contra omnes, aut maior eorum pars debilis, afflictam matrem, miſeram, hoc eſt, variis modis & ægritudinibus, calamitatibus, & aliis obnoxiam, valetudinariam & pauperem. Si aliqui fortes fuerint, aliqui debiles, mediocritas colligenda eſt in eam declinans partem, quam principalis ſignificator, qui ſemper eſt Planeta in decima corpore conſtitutus, oſtendit. Porro ex collatione ſignificatorũ patris & matris facile colligitur, vtrius parentis ſtatus felicior ſit futurus, quod ad bona fortunæ, corporis & animi. Si enim ſignificatores patris omnes, vel maior eorum pars fortiores fuerint, in dignitatibus eſſentialibus pater fortuna proſperiore vtetur. Si econtra matris ſignificatores fortiores ſint, illius ſtatus fortunatior iudicatur, & ætas etiam longior.

*De mutua concordia parentum.*

In diurna genitura conſidera generales ſignificatores ☉ & ♀. In nocturna ♄ & ☽ pro diſtinctione ſupra dicta: i. e. ſi ſe mutuo ex domiciliis receperint, aut exaltationibus vel coniuncti fuerint, ⚹ aut △ radio aſpexerint, concordiam & beneuolentiam ſignificant. 2. Si nullus aſpectus fuerit, id eſt, ſi fuerint in ſignis ſeparatis, extra dignitates ſuas & receptiones mutuas diſcordiam & odium pronunciabis. 3. Idem ſignificatur ſi □ vel ☍ radio ſeſe aſpexerint: non enim etiam maleficorum ⚹ & △ mali cenſentur.

*De amore mutuo erga natum, & vter ex parentibus natum magis diligat.*

In hoc iudicio ſimiliter generales ſignificatores ſunt inprimis conſiderandi, vt in diurna genitura pro patre ☉. pro matre ♀. Hi duo ſignificatores, ſi benigno aſpectu Dominum primæ vel Horoſcopum intuentur, amor & concordia inter natum & parentes futura eſt. In nocturna genitura pro patre conſidera ♄. pro matre ☽. Si Dominũ Horoſcopi benigne aſpexerint, de concordia & mutua beneuolentia inter natum & parentes non eſt dubitandum, iique natum ſummo amore amplectentur. Si maligno aſpectu Dominum Horoſcopi aſpiciunt, diſcordiam denotant, & ecõtra nati erga parẽtes amorem ſimulatum, ſi alter benigno, alter vero maligno aſpectu (ſcilicet ſignificatoris) cum Horoſcopi Domino copulentur, alter parens amabit natum vel natam quoque ardentius, alter vero remiſſius, & ab eodem remiſſius amabitur. Si ☉ in diurna

genitura cum Horoſcopi domino configuratus fuerit benigne, naturalis inter parẽtem & filium amor erit ardentior. Eodem modo ſi in ſignis ſeparatis verſentur vel conſtituti fuerint, alter ex ſignificatoribus parentum ſimulatum amorem, qui facili offenſa lædatur, denotant. Hæc de parentibus.

*Exemplum propoſitæ genituræ.*

Significatores patris in hac nocturna genitura ſunt, 1. Cuſpis domus quartæ 28°.13'.♊ 2. Dominus domus quartæ ☿. 3. Generalis ſignificator patris, vtpote in hac nocturna genitura ♄. Examen horum, 1. Cuſpis domus quartæ fortis & fortunata. 2. Dominus domus quartæ ☿ ſimiliter fortis, medius, mediocris. 4. Generalis ſignificator ♄ debiliſſimus Retrogradus & in domo mala mortis, & malefici domicilio in ſigno venenato. In hoc examine deprehendo debilitatis teſtimonium præſtantiſſimum. Vnum mediocritatis & duo fortitudinis, mediocre autem teſtimonium videtur etiam inclinare ad hoc malum, cum is Planeta in malefici domicilio cum ☉ conſtituatur. Vnde pronuncio, patrem huius nati poſt infantem editum non admodum fuiſſe felicem, idq́ue eo peius, ꝙ generalis ſignificator ♄ in omnibus ſuis ſignificationibus ſit peſſimus, ſitq́ue in domicilio abiecto, in domicilio malefici, ſit retrogradus & aliàs debilis. Et procul dubio ſi non veneno extinctus, tamẽ extinguetur. De his ſatis.

Significatores matris ſunt, 1. Domus decima 28°.13'.♐. 2. Dominus eius ♃. 3. Generalis ſignificatrix matris, vtpote in nocturna natiuitate ☽. Examẽ cuſpis decimę domus mediocris eſt. 2. Dominus eius ♃ eſt fortis. 3. ☽ ſimiliter fortis. Cum ergo hæc teſtimonia pene omnia ſint fortitudinum, pronuncio ſtatum matris huius nati fuiſſe admodum felicem, poſtquam hunc natum in lucem protulerit, niſi quod aliquos dolores ventris propter ☽ à ♄ & ♂ afflictam, non tamen mortiferos; item dentium ex humiditatibus ortos ſenſerit. Et collatio ſignificatorum oſtendit conditionem matris multo feliciorem fuiſſe, quod ad fortunã & bona corporis attinet, quam patris, quemadmodum & procul dubio paulo poſt pater ex hac vita diſceſſit: concordiam & beneuolentiam nequaquã, ſed diſcordiam & ſimulatum amorem inter huius nati parentes potius fuiſſe oſtendit ☍ ♄. vt qui eſt generalis ſignificator patris ad ☽ ſignificatricem generalem matris. Eodem modo conſidero quoq; ſignificatores pro mutua beneuolentia erga hunc natum & contra. Cum itaque ♄ △ & oppoſito radio dominum Horoſcopi ♃ aſpiciat, ☽ vero coniungatur cum ipſo abſque omni interpoſitione, pronuncio amorem patris erga hunc natum non fuiſſe ſincerum, ſed ſimulatum, matris vero perfectio-

rem

rem & verum, quæ tamen facili quoque offensa læditur, propterea, quod ♂ est coniunctus cum ☽ & ♄ aspicit ☍. sed modo facilimo possunt redire in viam. Hæc quoque de significatis & iudicio quartæ domus dicta sufficiãt. Etsi autem nunc iustum sit agere de domo quinta, vt quæ proxime sequatur, item de sexta, quæ de morbis & aduersis accidentibus nati agat, tamen his duabus neglectis ad septimam progrediar, cum de liberis iuste sit agere, antequam cognouerim, an deplorandæ sterilitatis sit futurus natus & vitæ cœlibis, an vero sit matrimonium honestum contracturus. Si enim sterilis futurus, de liberis non iudicandum, si vero cognouero habiturum natum vxorem, promptior ad domum quintam accessero. Quod ad morbos eos quoq; transgredior, cum etiã morbus sit cœlibem agere vitam, & potissimum morbos mors naturalis aut eximii honores magnæque dignitates sequantur. Et experientia testatur, multos iamiam liberatos ad dignitatis gradus summos esse euectos. Quare primum agã de coniugio, vt gaudio nati; Deinde de liberis, vt coniugii effectis & fructibus: Tertio de morbis, vt qui passim in omni vitæ statu euenire soleant.

## Domvs Septima de Conivgio.

Hunc de coniugio locum cum amplior sit & multas habeat annexas obseruationes, aliterque in masculorum, aliter item in fœmellarum natiuitatibus consideretur; ordinis ergo in sex capita præcipua distribuam.

1. Significatores, ex quibus iudicium de matrimonio & vita cœlibe desumitur, docebo.

2. Tempus coniugii, an videlicet statim in iuuentute, an vero in prouectiori ætate matrimonium sit initurus generale.

3. De numero dicam vxorum, an videlicet vnicam sit habiturus, an plures.

4. Qualitas vxoris quomodo sit cognoscenda, an sit habiturus vxorẽ pulcram, an deformem, an diuitem vel pauperem, nobilem & ex clara aliqua familia vel obscuro loco natam, filiam aut seruam, an probam & honestam, an vero improbam & malis moribus præditam, meretricem, aut aliàs infamem.

5. De amore coniugum & concordia mutua vel discordia dicã, quomodo videlicet ea ex significatoribus coniugii sint deprehendenda.

Quæritur autem de his posterioribus capitibus quatuor, quando per primum cognouimus natum certo habiturum esse vxorem, quãdo vero per primũ caput ex significatorib. cognoscitur natũ in cœlibatu victurũ esse, harum circumstantiarũ cõsideratio omittitur, tradita tamẽ capita in

fœmellarum quoque natiuitatibus ſunt conſideranda,& iſtis probe examinatis, iudicium verum conſtituendum.

6. Modum procedendi in natiuitatibus puellarum; ibi ſiquidem ſunt alii coniugii ſignificatores conſiderandi.

*De primo.*

In virorum coniugiis conſiderandi ſunt hi ſignificatores, 1. Domus ſeptima. 2. Dominus eius. 3. Generalis coniugii ſignificatrices ☽ & ♀. 4. Planeta vel Planetæ in ſeptima domo conſtituti, vbi etiam ſigni intercepti & Planetarum in eo conſtitutorum ratio eſt habenda. Hos ſignificatores, in primis vero ☽ & ♀. ſi in ſignificandis & locis figuræ bonis, vtpote vel angulis vel ſuccedentibus in veneris, coniugium nato decerni affirmabis; At econtra ſi eosdem, & in primis ☽ vel ♀. in ſignis ſterilibus, vt ♊ ♌ & ♍. & locis figurę cadentib. repereris, coniugiũ aſtra nato denegare, ac ipſi vitam cœlibem deſignare pronunciabis; vt in genitura M. Sebaſtiani Froſchelii, nati Anno 1497. D. 24. Febr. H. 11. 45′. P. M. ☽ in ♐ in domo ſecunda conſtituebatur, ♀ vix fœcundi ſigni finem egreſſa, ☉ cum ♀ in eodem ſigno hærente, decernit ergo ipſi hæc conſtitutio matrimonium etiam ter iteratum. Econtra in genitura Wolfgangi Principis Anhaltini ♀ & ☽ in ſigno ſterili ♍ coniunguntur, totam ergo vitam ſuam extra coniugium in cœlibatu conſumpſit.

*Speciales Aphoriſmi.*

Sequentes Aphoriſmi priores tres vel quatuor ad caput primum pertinent, quia principaliter agunt de vxoribus, an verè habiturus ſit nec ne natus vxorem vel vxores. ♀ vel ☽ debilis iuncta ♄ potenti, ſola & abſque aliis Planetis exiſtente, etiam cœlibatum portendit. Altera tamen ſimul in ſigno ſterili exiſtente aut in loco cadente, aut à maleficis inſigniter afflicta. Neceſſe autem eſt, Saturnum ſemper potentem eſſe, ☽ vero vel ♀. quæ ♄ iungitur, debilem. Neceſſe eſt vel ☽ vel ♀ ſolam, i.e. non accedentibus vel intercedentibus Planetis aliis ♄ iungi. Quando enim ♄ debilis eſt, ☽ vero vel ♀. quæ ipſi iungitur, potens, effectum ſuum hæc conſtitutio habere non poterit, ſic eum irritum reddet Planeta alius vel accedēs ad coniunctionem, vel intercedens inter coniunctionem ♄ cum alterutra dictarum ſtellarum.

2. Similis eſt ratio & idem fere ſignificatur, vbi ♄ proxime ſupra vtramque ſignificatricem coniugii, ſtellam videlicet ☽ & ♀ ſimul eleuetur, ita vt nullus interueniat Planeta, quia in hoc caſu eleuatio ♄ ſimilis eſt coniunctioni. Hoc præceptum euidentem rationem habet: ☽ enim & ♀ affectionem nati erga rem vxoriam & legitima connubia, quorum altera infeliciter iuncta monaſticæ & ſolitariæ vitæ cupidos natos efficit, &c.

3. ♀ ♄ no opposita vel in eius □ aspectu etiam plurimum facit ad cœlibatum, ☽ tamen simul existente in signo sterili & cadente loco, idq́ue magis si ex reliquis significatoribus etiam aliquis in sterilibus & locis cadentibus cõstituitur. Sed ☽ opposita ♄ vel eius □ aspectui minus nocet, & imbecillior est quam vt tale quippiam minetur, etiamsi ♀ sit in signo sterili, vt in genitura Erasmi Roterodami ♀ opposita est partiliter ♄ ex angulis, ☽ quidem existente in ♏ signo fœcundo, sed tamen à ☉ combusta. Nam hæc constitutio tantum ☽ nocet, quantum constitutio eius in signo sterili, quæ sane constitutio omnem eius erga rem vxoriam affectionem adimit.

## De tempore Conivgii.

Si ex præcedentibus cognitum atq; perspectum habueris, natum habiturum vxorem vnam vel plures (de quibus etiã speciales adhuc Aphorismi sequuntur) omnium est maximum, maximeque necessarium hoc, vt antequam de numero in specie dicatur, prius tempus huius accidentis nati ea qua possit diligentia inquiratur. Non tamen ita, quod hoc ex generali iudicio aliquid certi decernere velimus; commodissime siquidem illud ex directionibus petitur, sed vt modum in scholis Mathematicis vsitatũ obseruemus. Quando itaque de tempore coniugii aliisq; nati accidentibus generaliter aliquid prædicari volueris, sequentia tibi in coniugii significatoribus erunt obseruanda. Si omnes significatores coniugii, vel maior eorum pars, & inter hos etiam ☽ à ☉ orientales, & in quadrantibus cœli orientalibus fuerint, vtpote 10.11.12.4.5.6. domibus, vel in prima adolescentia coniugium futurum significãt, aut post maturam ætatem iuuenculam vxorem decernunt. Occidentales autem à ☉. & in quadrãtibus occidentalib. figuræ cœlestis, videlicet 7.8.9.1.2.3. vel tardius contracturus matrimonium, vel in iuuentute anus natu grandis denotatur. Prꝛter hæc substantialiter quoque considerato motus significatorum, hi si fuerint Directi & veloces motu, decernunt similiter in adolescentia cõiugium. Retrogradi vero tardi motu, vel stationarii, tardius. Hæc omnia in iudicium simul assumenda & inter se conferenda sunt. Vbi vero in collectione testimoniorum in vtramque declinauerint significatores inter se discrepantes, iudicium ferendum est secundum omnes significatores, cum quibus consentiunt ☽ & ♀. præcipue vero ☽.

## De nvmero Conivgvm.

Generalis in hoc iudicio hæc est regula: Considerandos esse omnes coniugii significatores, qui si omnes, vel maior eorum pars in signis a-

queis, i.e. fœcundis, vtpote ♋.♏.♓. versentur, plures nato decernunt vxores. Contra si in sterilibus, vt sunt ♊.♌.♍. pauciores vel vnicam saltē vxorem decernunt. Quod si omnes significatores in sterilib. signis versantur, vel cœlibatum vel coniugium sterile denotant, vt antea dictum: Principalis tamen huius iudicii pars dependet, & ex omnibus significatoribus præcipuum & euidentissimum iudicium præbent ☽ & ♀. qui duo Planetæ potiorem in genituris virorum significationem obtinent. Si enim hæ duæ stellæ in signis fœcundis constituuntur, plures fere vxores decernunt, licet reliquorum suffragia non accedant. Rursum si duæ hæ stellæ signa obtinent sterilia, extra tamen septimam domum, vel sterile coniugium vel cœlibatum portēdunt, reliquis etiam significatorum testimoniis repugnātibus. Huc tandem accedit & id, quod septimæ domus & loci figuræ cœli sit vis maxima: quando in ea natiuitatis tempore inueniuntur ☽ & ♀. vel vnus horum Planetarum tātum, coniugium & id quidem aliquoties iterandum designat, licet septimæ domus Cuspis signum non fœcundum agnoscat: præsertim cum & illi Planetæ à nullo malefico infausta illustrentur irradiatione, vel penitus debilitentur. Qui ibi versatur ♄. vel cœlibatum, vel saltem coniugium sterile portendere solet.

*Sequuntur aphorismi aliquot de numero coniugum.*

1. ☽ vel ♀ iuncta vnico Planetæ siue platice siue partiliter, tantum vnicam vxorem designat, vbi hoc quoque simul obseruatione dignissimum: Cum ☽ tantum vnico Planetæ est coniuncta, & potentior est, quā is, cui cōiungitur, maritus vxori superstes erit. Quādo vero Planeta fortior est Luna, contrarium innuitur, hoc est, maritus vxori præmorietur, vt ratione prioris & posterioris consideretur genitura Philippi Melanchthonis, ♀ iungitur ♄ sola in domo 7. quæ simpliciter potentior est ♄. vixit itaq; aliquandiu post vxoris obitum. Ratione medii cōsideretur genitura Iacobi Milichii, in qua coniungebātur platice ♃ & ☽. vnde vnicam tantum vxorem ei constitutio hæc decernebat.

2. Si nulli Planetarum ☽ iungitur corpore, considera quot eam Planetæ directi, liberiq; à radiis ☉. nec in detrimento vel casu suo partiliter aspiciant, vel ei coniungantur corpore, ita tamen, vt ☽ eis, non ipsi ☽ applicent: ☉ autem ad ☽ configuratio non consideretur. Nam inde numerum vxorum colliges, in quibus Planetæ Lunam aspicientes vel ei coniunguntur aut opponuntur. Fœcundum enim aut bicorporeum duplicat numerum vxorum. Nominatur autem applicatio Planetæ ad alium Planetam vel alterius Planetæ radium, quando Planeta leuior vel velocior ad corpus alterius Planetæ grauioris seu tardioris aut radium properat,

perat,eundemque tandem assequitur. Huius specialis aphorismi possunt infinita referri exempla. Cum autem nimis lõgum foret singulis plurima addere; ad Firmicum te remitto.

3. Quando hęc regula in figura locum non habet, cum videlicet nulli Planetæ ☽ intuentur, vel qui intuentur, radios ante locum ☽ proiiciũt, vt his non applicet, sed ab eis ☽ defluat, vide quot Planetæ directi & à cõbustione & radiis ☉ liberi constituantur inter M. C. & ♀ progrediendo à M.C. versus Horizontem Verticalem, tot enim habebit natus vxores, Luminaria tantũ ibidem inuenta non assumuntur. Sic in genitura Henrici Octaui Regis Angliæ, nati anno 1491. D. 27. Iunii, H. 22. 40'. P. M. inter M.C. & ♀ cõstituuntur tres Planetæ directi, & à combustione radiisque ☉ liberi, scilicet ♃ ☿ & ♂. Luminaria etiam, quia inter M.C. & locum ♀ versantur, ab hoc officio remouentur. Eodem modo ♄. qui etiam ipse in hoc spacio intermedio hæret, nihil decernere potest. Vxores igitur ipsi hæc constitutio tres designauit.

4. Si ad hanc regulam etiam accõmodare genesis non poterit, quod fit, quando inter M.C. & ♀ nulli sunt Planetę intermedii, vel qui sunt intermedii, & retrogradatione aut combustione laborant, & idcirco inepti ad hanc significationem redduntur, considera quot Planetæ partiliter dominum septimæ domus aspiciant. Nam ex hoc numero vxorum numerum colligere poteris. Sed harum posteriorum regularum certitudo minor est, ideoq; caute & cum circumspectione his vtendum est, vel etiam vtraque coniungenda. Quando enim ad alterutram præcedẽtium regularum genitura non congruit, fere certi aliquid de numero coniugum nequit constitui.

## VTRVM FACILE VEL MAGNA CVM DIFFICVLTATE sponsam sit impetraturus natus?

Hæc quæstio non est admodum necessaria, sumitur tamen eius iudicium ab omnibus significatoribus coniugii, quorum si maior pars fortis fuerit, fortes; si debilis, eo debilius maioreque cum difficultate, quo plures fuerint debiles. Quod si omnes affecti fuerint, sæpe excidet sponsa, & magnam in ambiendo difficultatem experietur; si partim debiles, partim potentes fuerint, ita vt mediocritatem significare videantur, respiciẽdum est ad ☽ & ♀. pro eorũ statu significatio mediocritatis intendenda est, vel remittenda. Nam si ambo etiã in numero imbecillium significatorum fuerint, difficultatem magis quam facilitatem minantur. Cõsideranda est etiam significatorum natura, benefici & fortes siquidem vel quacunque ratione felicem successum significãt, malefici aduersitatẽ vel difficul-

difficultatem, & eo maiorem, si fuerint imbecilles. Si fortes, largiuntur quidem aliquid, sed non extra difficultatem. Est autem solerti industria & acri studio opus in his considerationibus propter magnam & prope infinitam substantiarum varietatem in significatoribus, quæ regulis omnibus nequeunt comprehendi, aut ita describi, vt pariter omnibus casibus satisfaciat dicta significatio.

## De Qvalitate Vxoris.

Hoc iudicium magis constat aphorismis seu specialibus preceptis, quã generali seu communi doctrina: Attamen vt ordinem hactenus seruatũ sequamur, sit hæc generalis obseruatio, vbi de numero vxorum constiterit & Planetis corpore Lunæ coniunctis, aut naturam aspicientibus ea ratione, vt in præcedentibus dictum, videlicet ☽ ad eos applicante, & tũc considera Planetam, aut naturam Planetarum sic aspicientium per ☌ vel alium radium, & ex eorum natura sume iudicium de qualitate vxorum. Tandem vbi per vltimam regulam vxorum numerus cognoscitur, qualitates earundem ex numeris Planetarum dominum septimæ aspicientium eruantur. Sed sicuti in numero vxorum denotando, ita in qualitatibus eorundem ostendendis posteriores duæ regulæ minus sunt certæ, quod diligenter obseruandum. Benefici igitur significatores coniugum & fortes decernunt vxores honestas, probas, diuites, & ex clara familia ortas, &c. Benefici debiles, easdẽ qualitates, sed multo remissiores significant, & probas, sed cum inconstantia, ac fucatam vtplurimum probitatem præ se ferentes, diuites & opulentas, sed auaros ac tenaces. Si ♄ aut prodigas. Si ♂ fuerit significator, ex honesta tamen familia & nobili loco natas. Malefici debiles & inhonestas, infames, improbas, ignobiles, pauperes, &c. decernunt. In specie autem ♄ bene affectus significator cõiugii decernit Saturninã, honestam, taciturnam, grauem, laboriosam, parcam, non admodum formosam, piam, superstitiosam, œconomicam, &c. Male affectus ac debilis malitiosam decernit, improbam, pertinacẽ, morosam, auaram, neque sui neq; mariti curam gerentem, turpem, immundam, pigram, suspicacem, infidelem erga maritum.

♃ fortunatus ac felix coniugem laudatam denotat, piam, honestam, mansuetam, religiosam, iustam, castam filiam, diligentem maritum, grauem, consultam, œconomicam, liberalem, beneficam, prudentem, industriam, generoso animo præditam, diuitem. Debilis vero & infelix easdẽ quidem qualitates significat, sed multo remissiores & imperfectiores, vt pro generositate superbiam, pro pietate superstitionem, pro beneficẽtia prodigalitatem, honestatem fucatam, amorem erga maritum fucatũ excitat.

♂ for-

♂ fortis ac bene affectus animoſam coniugem deſignat, iracundam, generoſam tamē & ex familia honeſta prognatam, rixoſam, ſeruitutis & iniuriarum patientem, dominii cupidam, honeſtam tamen & erga maritum fidelem. Debilis, impiam, contumacem, rixoſam, ſuperbam, ſumptuoſam, infidelem, prodigam, vel etiā informem, ac præſertim ſi ♀ iungatur meretricem ſignificat.

♀ fortis ac bene affecta, honeſtam, formoſam, alacrem, manſuetam. affabilem, ſuauem, lepidam, venuſtam, beneficam, miſericordem, munditiem & ornatum amantem, conuiuia, ludos, choreas, honeſto tamen modo appetentem, lætam, hilarem, laborem & moleſtias fugientē ſignificat. Debilis vero & infortunata, ſimiles in vxore mores, ſed ſimulatos vtplurimum ac deprauatos decernit, vtpote pigram, munditiei & ornatus ſtudioſam, ad libidines pronam, prodigam, voluptates & illecebras omnis generis appetentem.

☿ fortis & fortunatus ingenioſam promittit coniugem, ſapientem, probam, honeſtam, intelligentem, circumſpectam, fœcundam, ſagacem & œconomicam. Male affectus ac debilis, aſtutā, ſuperbam, ſimulatam, honeſtam, pietatem ac fidem præ ſe ferentem, callidam, malitiam, inſidiasq; vel etiam ipſi marito ſtruentem, doloſam, verſatilem.

*Regulæ ſpeciales.*

1. Dominus ſeptimæ in ſecunda, vel contra Dominus ſecundæ in ſeptima fortis ac bene affectus diuitem vxorem ac opulentam ſignificat, præſertim ſi ſimul beneficus fuerit.

2. Dominus ſeptimæ in decima, vel contra dominus decimę in ſeptima fortis ac bene affectus, nobilem vxorem ac excellentem, aut aliàs ex honeſta & clara familia prognatam decernit.

3. Dominus ſeptimæ in ſexta, vel dominus ſextæ in ſeptima, valetudinariam vxorem & maculas in facie habentem ſignificat.

4. Dominus ſeptimæ in octaua, vel contra, ſi fortis fuerit ac beneficus, vxorem diuitem ac ampla hereditate inſtructam ſignificat.

5. Dominus ſeptimæ in nona, vel contra, vxorem peregrinam & extraneam, ſed diuitem promittit, præſertim ſi beneficus fuerit, & bene conſtituatur.

6. Dominus ſeptimæ in vndecima vel contra, viduam nato decernit, ac filios iam ante habentem.

7. Dominus ſeptimæ in duodecima vel contra, ignobilem, ſeruam ac pauperem vxorem decernit. Quod ſi ſimul dominus ſeptimæ vel duodecimæ hoc modo conſtitutus à ♄ afflictus fuerit ☌ ☍ vel □ radio; vel ſi ipſe ♄ debilis ac infortunatus dominus alterius horum locorum fuerit, vel ſi

ipse ♂ septimæ ac duodecimæ dominus hoc modo constitutus fuerit, infelix ac male affectus, inhonestam, infamem aut meretricem designat.

Stellæ fixæ regiæ primæ magnitudinis in cardine occidentis non procul à cuspide domus septimæ hærentes, si cuspis septimę simul fortis fuerit, vxorem decernunt nobilem ac diuitem, eximiæque formæ elegantia præditam, præsertim si ibidem alter ex beneficis cōstituatur, aut cum beneficis radio fausto stellæ fixæ configurentur.

Ambo benefici in septima fortes & fortunati plures decernūt vxores opulentas, nobiles & formosas.

*De mutuo amore vel concordia discordiaq; coniugum.*

Amor & concordia mutua, vel etiam contra discordia, cognoscitur ex Planetis numerum vxorum denotantibus, in quibus hæc consideranda sunt: Considera primo Planetam vel Planetas numerum vxorum decernētes, iuxta doctrinam paulo ante traditam. Quod si illi benigni fuerint, & ☽ benigno radio seu aspectu contueantur, mutuum amorem, suauem consuetudinem, perpetuam beneuolentiam ac felicem coniugii statum denotant. Si vero malefici fuerint & inimico aspectu intueantur, leuiter disturbabunt coniuges & alienati à se inuicem prorsus non cōuenient. Si autē Planeta beneficus maligno aspectu Lunam aspexerit, mediocriter inter se conuenient coniuges & in plerisque discordabunt, quia maleficorum benignus plus declinat ad noxam, ita benignorū inimicus radius minus nocet. In mediocribus habēda ratio benigni & malefici aspectus. Nam si mediocris Planeta, vt ☿. aspexerit ☽ inimico radio, facilius nocet quam idem benefico radio intuens Lunam prodest, cum eius natura per se inconstans sit, & mala facilius ac magis noceant, quam benigna prosint. Quæ autem iam de benigno radio vel maligno ad ☽ & Dominum septimę dicta sunt, tantum possunt referri ad 1.2.& 4. regulā, non ad alios etiam significatores, id est, non ad 3. regulam. In quo casu, vbi significator vel significatores mutui amoris sumuntur ex Planetis inter M. C. & ♀ constitutis, non considerantur amici & inimici aspectus ad ☽. sed tantum vtrum sint benigni vel maligni Planetæ, & vtrum bene an secus locentur. Postremo sciendum multo certius iudicium esse, quod sumitur ex collatione & consensu vtriusq; genituræ mariti & vxoris, quæ doctrina apud Ptolomæum lib. 4. prolixe tradita est. Hæc autem tunc habēt vsum, quando vnius genitura haberi non potest, & ante contractum matrimonium.

*Exemplum propositæ genituræ.*

Significatores coniugii in hac proposita genitura sunt, 1. Domus 7. in

25°.20'.♍. 2. Dominus eius ☿ in 14°.9'. ♈ in signo Horoscopi intercepto. 3. ☽ in 21°.12'.♉. 4. ♀ in 25°.27'.♓.

*Examen horum significatorum.*

1. Domus septimæ in signo sterili. 2. Dominus eius ☿ mediocris in signo sterili & bono cœli loco, videlicet domo prima. 3. ☽ fœcunda in signo mediocri, bonoq; cœli loco. 4. ♀ fœcunda in signo fœcũdo & optimo cœli loco. In collectione testimoniorũ inuenio partim signa fœcunda, partim mediocria, itẽ aliqua sterilia. Quæ testimonia cum inter se nequaquã pugnẽt, sed mediocritatis ad fœcunditatem inclinent; pronuncio hunc natum deplorandæ sterilitatis nunquam futurum; nec ipsi cœlibatum, sed potius matrimonium significatores portendere, hocque eo magis, quod ♀ in Horoscopo fœcunda & fortunata existat; vnde similiter natum non alieno animo à coniugio futurum colligo: Attamen hoc coniugium non post consistentem incidet ætatem, sed potius ante illam, quod pleriq; significatores existant in bonis cœli locis oriẽtales, directi, & à nullo ferè maleficorum læsi, vnica ☽ excepta, nec tamẽ illud adeo incidet cito, videlicet in adolescentiam, quod significatores in domiciliis cœli non orientalibus sed occidentalib. constituãtur. Reiterandũ quoq; coniugium regula prima docet, duo siquidem Planetæ, videlicet ♃ & ♂ Lunæ iunguntur: quarum tamen alteram fœcundam, alteram vero non adeo, sed potius sterilem, propter Planetarum naturas dixerim, deinde quoq; quod ♀ in ♓ signo fœcundo cõstituatur, cum duab. tamen, vt deprehendere possum, matrimonium cõtrahet: & omni dubio procul primam viuendo, alteram neutiquam superabit, nec difficultatem sentiet in ambiendo, siquidem pleriq; significatores sunt fortes & fortunati, & idẽ etiam vult ♀ in Horoscopo constituta, nisi defuerit ☍ infausta ♄ ad ☽. cõiuges erunt iuxta primam regulam tales; Vna erit Iouialis, id est, pia, honesta, mansueta, religiosa, iusta, casta, fida, diligens maritum, grauis, industria, œconomica, consulta, benefica, prudens, generoso animo prædita. Altera Martialis, i.e. erit animosa, ex familia tamen honesta prognata, rixosa, seruitutis & iniuriarum patiens, dominii cupida, honesta tamen & erga maritum fidelis, superba etiam illa erit, infidelis, prodiga, infamis, si licet dicere, &c. Cum ad principalem coniugii significatricem nullus incidat maleficus aspectus, nec vlla infausta irradiatio, nisi quod aliquid vitii interdum etiam ♀ sit illaturus ☍ ♄. pronũcio inter natum & vxorem futurum amorem mutuum. Hæc de coniugio virorum honesto.

## De Conivgio Mvlierum.

Significatores in omnibus fœmellarum genituris sequẽtes sunt considerandi, 1. Domus septimæ. 2. Dominus domus septimæ. 3 ☉ & ♂.

qui duo in fœmellarum natiuitatibus generales sunt coniugii significatores. 4. Planeta vel Planetæ cõstituti in domo septima. Ex horum significatorum dispositione, qualitate & positu, non omissis tamen superioribus regulis, omnia diiudicari solent, quæ hactenus de virorum genituris tradita sunt, ita tamen vt in communi consideratione ☉ hic adhibeatur pro ☽, & illi tantũ hic attribuatur, quantũ in cõiugio attribuebatur Lunæ. Pro ♀ autem ♂ consideretur, reliqui significatores manent & nihil mutant. Interim autẽ hoc moneo, in iudicio singulari diligentia & iudicio significatores examinandos esse, an sint fortes vel imbecilles, & eorũ congruentiam vel discrepantiam in eodem significato summa industria animaduertendã. Rarissime aũt omnes significatores exacte inter se cõueniunt, sed semper fere aliqua contrarietas reperitur, quæ iuxta plurimorum testimoniorum congruentiam concilianda est. Quod si ea significatorum contrarietas fuerit exacte ab vtraq; parte sibi par, semper pręferendi sunt illi Planetæ, qui in ipsis domibus cœli consistent, plus enim valet præsentia corporalis, quam dominium absentis Planetę. Si vero existens in alio loco significante, insuper etiam in sua fuerit domo, nõ dubium est, præsentiam domini plurimum prodesse. Sic in genitura Agnissæ filiæ Philippi Landgrauii vxoris. Deinde Ioannis Friderici II. Ducum Saxoniæ ♃ & ☽ ac ☋ & ☉ coniungebantur in ♊. quæ sane constitutio duos ei decernit maritos.

*Aphorismi aliquot de iis, qui futuri sunt sordidi coitus.*

Quoties in genitura Sol ac Luna soli Planetæ sunt constituti in signis masculinis, is à natura, quę marium est propria nunquam incedet. Quod si ♂ vel ♀ vel alteruter tantum in signis masculinis fuerint, natus adeo lasciuiet, (vt ita loquar) & à libidinibus accendetur, vt transgressus fines legitimi thori frequentius mœchetur, & ad obscœna infamiaq; rapiatur. Hæc regula tam de mulierum quam virorum genituris est intelligenda. Si in mulierum erit, procul dubio libidinosa erit & sordidi coitus.

NB. Tamen si ♀ sola masculescat, clanculum à muliere perficientur, si ♂. ita suam diuulgabit pueritiam, vt nullam famæ suæ rationem habere intelligatur. Pontan. lib. 14. cap. 5.

2. Si fuerit ♀ in fœmineo aliquo signo, erit mulier illa adultera, & pudicitiam habebit in propatulo. Vir autem Cinædus & pathicus.

3. Quicunque natus vel nata ♀ ♄no commixtam in genitura habuerit, fœdissimi coitus erit propter squalorem ac sordentem naturam, cuius contactu ♀ ipsa, licet elegãtiarum Dea, mirum in modum inficiatur. Ptolom. in centiloq. Aphoris. 80.

4. Quantum in genituris ♂ & ☽ in vno cardine, iisdemq; in partib.

cumq;

cumq; his simul ♀ ac ☿ constitutos, ♄ summo è cœli cardine aduersans despexerit, futuræ sunt meretrices ac infames mulieres.

5. Idem etiam eueniet in genituris, in quibus ♂ ♀ & ♄ culminantes sunt, tantum ♄ & ☿ in consensu accedente.

6. Erunt quoque pudori non parcentes, quæ ♂ ♀ ac ☿ cumque his ☽ in signis solstitialibus habuerint, aut quadrato radio se ferientes.

7. Erunt & illæ libidinosæ & intemperantes, quibus ♂ in occidente, ♄ vero & ♀ in oriente; vel si ♂ quadrato eos aspexerit.

8. Vendet & illa simul pudorem & corpus, in cuius genitura ♄ & ♂ fœmineo in signo horoscopantes, sibi ab occasu fœmineoq; in signo ♀ ac ☿ aduersantes conspicabuntur.

9. In quorum genituris ☿ ac ♂ partiliter iisdẽ in signis & momentis hæserint, erunt masculini sexus abusores.

10. ♀ in domo ☿. ipse vero ☿ in malo cœli loco, vt sexta, octaua & duodecima, aut ascendentis signi successione, abusores sexus significant.

11. Adulteri euadent & vir & mulier, in cuius genitura ♂ & ♀ pariter septimum ab Horoscopo locum tenuerint, aut si ♀ in finibus ♂tis, ♂ vero in finibus ♀ positi se quacunque irradiatione aspexerint. Quod si ☿ aut ☍ aut □ se è loco obiecerint, decernit in adulterio deprehendendos.

12. Coniuncta ♀ cum ♄ & ♂ in ♄ domicilio versus occasum posita, mulierem tum natam ad publicandum corpus impellet, & vires ad impuros marium coitus, qui vel meretricem forte vel infamem matrimonio sibi iunget.

13. ♀ ♂ ♄ in abiectis figuræ locis ab Horoscopo fœmineis in signis collocati, Cinædos ac molles designant.

14. In quorum genituris ♀ cum ☿ in ♂ aut ♄ domo reperta & Martem ipsa & Saturnum hospitio suo accipiet, quemadmodum & ipsa mutuo accipitur, erunt & ipsi Cinædi. Pont. citato loco.

15. ☽ cum ☉ in ♑ aut ♉. omnem libidinis impuritatem decernit.

Plures Aphorismos diligens auctorum lectio suppeditabit.

## DOMVS QVINTA DE LIBERIS.

Paulo ante dictum est, quod ea, quæ magis ad alium, quam ipsum natum pertinent, obscuriorem considerationem habeant; ideoque & hoc imbecillius est iudicium, cum ad alios non proprios nati effectus pertineat. Nam ad liberorum procreationem vterq; & mas & fœmina requiritur, & vtriusque videlicet natura inspicienda. Certius tamen adhuc illud est, quam de fratribus aut sororibus nati, dictum maiorem quippe cognationem cum liberis natus habet quam fratribus, cum ex substantia ortum suum nati liberi ducant.

Temperamenta quoq; considerantur, siquidem extreme frigida vel in excessu sicca, vel intense humida procreandis liberis idonea non sunt. Κράσεις enim temperatæ à naturali vel temperata constitutione non nimium declinantes gignere possunt. Pro iudicio liberorum sequētia consideranda veniunt in qualibet genitura, 1. Domus quinta. 2. Domus vndecima. 3. Planeta vel Planetæ in quinta constituti, & his locis duobus. Quod si Planetę fœcundi fuerint, & signa fœcunda in his locis cœli duobus constituentur, vt sunt ♃ ♀ & ☽. natum omnino liberos habiturum ostendunt. Steriles vero Planetæ hæc loca occupantes in signis sterilibus sterilem natum futurum indicant. Fœcundis Planetis etiam ☊ quod naturam ♃ & ♀ assumit, tribuitur. Steriles Planetæ censentur ♄. ♂. ☉. itē ☋ naturam ♄ & ♂ assumens; ☿ indifferens est, de quo aliquoties tamen naturam vel fœcundi vel sterilis Planetæ vtplurimum assumit; vel cui per aspectum vel per signum, in quo versatur, coniungitur. Si partim fœcundi partim steriles hæc duo cœli loca occupauerint simul, mediocritas significabitur, quæ tamen semper in eam inclinant partem, quam ostendet Planeta in quinta hærens. Si enim is fœcundus est, mediocritas ad fœcūditatem magis declinabit. Si vero is sterilis, alius vero qui in secunda constituitur fœcundus, sterilitas magis significatur. Semper tamen in hoc iudicio quintæ domus significatio præferenda est significationi vndecimæ quādo inter se non congruunt. Quando in vna eademq; domo, vtpote vel secunda vel quinta hærent, partim fœcundi, partim steriles & debiles, mediocritas diiudicanda est ex natura signi quintam & vndecimam occupantis. Si enim illud fœcundum fuerit, sterilitatem magis minabitur. Quæ autem signa magis fœcunda censentur vel sterilia, supra in capite de fratribus copiose est indicatum.

Diligenter itaque in hac iudicii parte naturæ signorum occupantium has duas cœli domos permiscendæ, cum Planetarum in his versantium proprietatibus. Fœcundus Planeta in signo fœcundo natum certo procreaturū liberos significat, præsertim si simul quintam domum occupauerit: Duorum enim, vt paulo ante est dictum, maior est efficacia. Sterilis in signo sterili certo sterilitatem significat, præsertim si simul in vndecima hæreat. Fœcundus in signo sterili mediocrem fœcunditatem, eoque maiorem, si in quinta cōstituitur, ac reliquorum suffragiis iuuatur, promittit. Sed contra sterilis in signo fœcundo parum ad fœcunditatem facere potest, sed magis sterilem natum futurum esse indicat, maior enim semper vis est Planetæ quam signi in quo constituitur. In constituendo itaque iudicio de liberis nati, ordine colligenda sunt testimonia fœcunditatis vel sterilitatis. Primo à natura Planetarum in his duobus cœli lo-

cis hærentium. 2. à natura ſignorum in quibus verſantur, & vtra teſtimonia numero vicerint, ſecundum ea vel ſterilius vel fœcundius coniugium eſt denunciandum. Quando nullus Planeta in his duobus locis conſtituitur, Dominus quintæ aſpiciendus eſt, & ſecundum naturam ipſius vel fœcundam vel ſterilem, iudicium de liberis nati componendum adhibita ſimul in conſiderationem natura ſigni, in quo is verſatur; vt in genitura Imperatoris nati anno 1503. D. 10. Martii, hor. 9. 50′. P.M. in quinta domo conſtituebantur, primo ♀ fœcunda: ſecundo ☉ ſterilis in ſigno fœcundo. 3. ☿ fœcundus, recipit enim naturam ♃ in ſigno fœcundo. 4. ☊ fœcundum in ſigno ſterili. In vndecima nullus Planeta conſtituitur, vt hoc modo ſex fœcunditatis ſigna reperiantur. Habuit ergo plures liberos.

## De numero Liberorum.

De numero liberorum & ſexu aliquid veri conſtituere difficile eſt, cum nimis ſpecialia iſta ſint, de quibus ſcrupuloſius inquirere Aſtrologũ non decet, ne omiſſis veris artis præceptis, ſuperſtitioſis Arabum plus quam par eſt obſeruationibus tribuens, ſibi & arti contemptum apud homines pareat, quando prędictionibus talibus euentus non reſpondet. Maxime generalem tamẽ & communem tradam doctrinam. De numero itaque liberorum conſtabit ex teſtimoniorum collectione: quo enim plures fœcundi Planetæ in illis quas dixi domibus & ſignis fœcundis cõſtituti fuerint, eo maiorem numerum liberorum decernunt, & contra, quo pauciores & in ſterilibus ſignis eo minorem. Planetę autem fœcundi in ſignis bicorporeis ♊ ♐ ♓ duplicant numerum liberorum, in fœcundis triplicant. Maſculum enim prolem promittunt Planetæ maſculini orientales in ſignis & domibus maſculinis. Fœminei Planetæ in ſignis & domibus fœmineis fœmellas. Domicilia maſculina ſunt 4. 5. 6. 10. 11. 12. Fœmineæ domus 1. 2. 3. 7. 8. 9. Ranzouius. Maſculina ſunt, 1. 2. 5. 7. 9. 11. Fœminina: 2. 4. 6. 8. 10. 12. ſigna maſculina ♈. ♊. ♌. ♎. ♐. ♒. Fœmineæ ♉. ♋. ♍. ♏. ♑. ♓. Si pari numero maſculini & fœminini in ſignis maſculinis & fœmininis fuerint, parem numerum filiorum & filiarum nato largiuntur. Sed ſi maſculini quidem omnes in ſignis fœmineis, aut fœminei in ſignis maſculinis, vel plures vel oẽs promiſcue vtriusq; ſexus natos promittunt. Idem præſtant ſi partim maſculini, ſed in ſignis fœmineis, partim fœminei, ſed in ſignis maſculinis fuerint, quæ omnia pro mixtione ſignificatorũ etiã in ſignificato miſcenda ſunt. Talis eſt genitura Ferdinandi Imperatoris, in qua ♀ & ☿ aſſumens naturã ♃

in ♓

in ✱ triplicant numerum liberorum. Item ♃ dominus quintæ in ♊ duplicat, quia recipitur à ☿ in signo fœcundo, rursus triplicat ☉ in quinta, signo fœcundo vnicam promittit prolem. Denique ☊ quod de natura ♀ & ♃ duplicat, vt in vniuersum ei liberi promissi sint vndecim, & maxima ex parte fœmellæ cum Planetę etiam occupent signa fœminina, & maxima ex parte fœminei sint, & à ☉ occidentales.

## De Statv et Fortvna Liberorvm.

Si omnes Planetę liberos significātes fortes fuerint & bene affecti, vel etiā eorum maior pars significant robustos, longæuos, celebres, claros & felices liberos, corporibus sanis & prospera valetudine prẹditos, diuitiis, honore, & reliquis huius vitæ ornamentis sufficienter instructos, &c. Ex quibus ad parentes, si vixerint, plurima sint commoda peruentura. Contra si fuerint imbecilles seu debiles & afflicti, afflictus quoque erit status liberorum, id est, erunt debiles, valetudinarii, afflicti, inglorii, obscuri, pauperes. Si aliqui significatores bene affecti & fortes, aliqui vero debiles & afflicti extiterint, ex liberis aliquib. status felicior & fortuna clementior, aliquibus vero inclementior significatur. Ac ex collatione significatorum vtriusque sexus facile deprehendere potes, vtrum filiorum vel filiarum status felicior sit futurus. Si enim significatores filiarum fortiores sunt significatoribus filiorum, splendidiore fortuna filiæ vtentur, & felicius omnes actiones ipsis succedent quam fratribus. Si filiorum vero significatores firmiores sunt, filiarum vero laborant & affliguntur, status filiorum felicior erit.

## De Concordia Liberorvm cvm Parentibvs.

Si inter domorum primæ & quintæ significatores benignus aspectus intercesserit, mutuus amor & concordia erit inter parentes & liberos. Si inimicus aspect⁹ vel prorsus nullus, id est, si in signis separatis versentur, liberi contendent cum parentibus, & simultatem exercebūt. Quod cum significatores etiam bonis radiis sese collustrauerint, eò maior inter parẹntes & liberos futura est concordia.

*Exemplum propositæ genituræ.*

Duplex huic nato iuxta traditas regulas coniugiū designauimus: idq; ante ætatem consistentem; quo cognito nunc ad liberorum doctrinam progrediemur. Significatores liberorum sunt, 1. Domus quinta in 12°. 15′. ♋. 2. Domus vndecima in 12°. 15′. ♑. Nullus in his locis Planeta constituitur, sed in illis hærent ☊ & ☋. quare quintæ domus domina ☽ est aspiciēda. Examen horum significatorum. Primo: *Domus* vndecima habet

bet ſignum ſterile. 2. Domus quinta habet ſignum fœcundum. 3. ☽ in ſigno mediocri, vnde mediocritas, ipſa vero fœcunda. Offeruntur teſtimonia fœcunditatis & ſterilitatis, magis tamen fœcunditatis, quam deplorandæ ſterilitatis. Quare nato decerni liberos multos pronũcio, plures tamen eum habiturum puellas ſeu potius fœmellam prolem quam maſculam, docet domina quintæ domus ☽. Significatrix liberorum ſola eſt ☽. eaque fortis & fortunata in dignitatib. tam eſſentialibus quam accidentalibus. Quare liberorum quoque ſtatum felicem & fortunatum portendit coniunctio ♃ vt domini primæ domus, & ☽ dominæ quintæ docet inter natum hunc & liberos non facile diſcordiam futuram. Notandum ☍ ♄ ad dominam quintæ domus ☽. & ♂ corpus coniunctum aliquid mali portendere. Hæc quoque de hac domo.

## DOMVS SEXTA DE MORBIS SEV valetudine aduerſa corporis.

Morborũ vaticinia recte ex domo ſexta deſumi auctor eſt Pontan. ꝙ iſta domus nullũ habet ad domum vitæ aſpectum. Sunt aũt morbi duplices, vniuerſales, qui totũ corpus occupãt, & particulares, qui certa & particularia membra tantum: vtrorumq; notas & ſignificationes thema cœli continet, quo colligitur, quibus morbis natus naturaliter obnoxius ſit, quas ſit infirmitates perpeſſurus, quæ membra naturaliter languida, & quæ ad actiones humanas idonea habeat. Nam aliqui ob epatis imbecillitatem ad hydropem, alii ob renum languorem ad calculum, alii ob inteſtinorum imbecillitatem ad cholicam propenſi ſunt. Sic alios natura citius febribus & Cholericis, aut Melancholicis, aut Phlegmaticis morbis corripi certum eſt. Horum morborũ tam vniuerſalium quã particulariũ ſequentes ſignificatores cõſtituuntur, 1. Horoſcopus. 2. Dominus Horoſcopi. 3. Domus ſexta. 4. Dominus domus ſextæ. 5. Luminaria, inprimis vero ☽. 6. Planeta vel Planetæ in ſexta cõſtituti. Hi ſignificatores fortes & fortunati, & à maleficorum radiis liberi, nato firmum morbisque minus obnoxium corpus decernunt. Inde & hoc facilime colligere poteris, an per maiorem vitæ partem ſanus vel infirmus natus ſit futurus. Si enim plures ſignificatores fortes ſunt, & ab hoſtium maleficorum radiis liberi, indicant rarius natum aduerſa valetudine conflictaturum eſſe. Contra, ſi plures ſignificatores ſunt debiles & afflicti, afflictam valetudinem & morbos crebros ac varios per maiorem vitæ partem minitantur. In quolibet itaque ſignificatore hæc duo conſideranda diligenter veniunt. Primo: An fortis ſit in themate aut debilis. Secundo, an liber ſit à maleficorum radiis, an vero partiliter his lædatur. Deinde fortitudinũ

teſtimonia & libertatis, item debilitatum & læſionum collige, & ſecundum vincentem numerum de valetudine bona vel aduerſa pronuncia. Si enim fortitudinis ac libertatis plura teſtimonia ſunt, natus valido corpore erit præditus, & per maiorem vitæ partem valetudine bona vtetur & ſana. Si debilitatum & læſionum teſtimonia plura erunt, debili & languido erit natus præditus corpore, ac multis & crebris morbis affligetur.

Porro de ♄ & ♂ ſciendum eſt, quod vterque poſſit eſſe & ſignificator & auctor morborum ſimul, vt ſi alter eorum ſit dominus Horoſcopi, vel ſextæ domus, & vtroq; incommodo laboret, id eſt, ſit imbecillis, & ſimul alium ſignificatorem inficiat. Interdũ ſignificator tantum, cum videlicet alter eorum dominus ſextæ vel primæ imbecillis eſt, aut tantum læſus ab altero. Aliquando vero auctor duntaxat; cum videlicet ipſo non exiſtente ſignificatore ſuis malignis radiis ſignificatorem inficit. Reliqui Planetæ omnes poſſunt eſſe tantum ſignificatores, non etiam auctores, ideoque dupliciter affligi poſſunt, & propria imbecillitate & malignis radiis ♄ & ♂. Quod ſi duobus his ſimul affliguntur ſignificatores, effectus erit vehemẽtior. Si vna, vtpote imbecillitate propria, aut ſolo aſpectu maleficorum, minus malum erit, ſed tamen malum, & quidem vehemẽtius, quo fuerit partilior ille aſpectus & magis ex angulo oriatur. Hoc ideo monui, quo poſſis in collectione teſtimoniorum eſſe cautior. Nunc de morborum generibus ſeu qualitatibus breuiter dicemus.

### De Generibvs Morborvm sev Qvalitatibvs.

Genera morborum, quæ natum infeſtabunt, deprehenduntur ex natura ſignificatorum, qui aut debiles ſunt, aut à maleficis infecti, aut vtroque incommodo ſimul laborant. Deinde quoque ex via ſigni Zodiaci, quod ſignificatores illi occupant, item ex natura malefici, qui ſignificatores infeſtat. Denique ex via Zodiaci ſignorum, in quibus maleficus infeſtans alios reperitur. Quales vero morbos, & quarum corporis partium Planetæ ſinguli & ſigna Zodiaci ſignificent, ſequentia oſtendunt.

♄ ſignificator & auctor infirmitatum ſignificat hæc membra, aurem dextram, ſplenem, veſicam, dentes, oſſa; Et horum membrorum infirmitates ſunt omnes morbi frigidi, qui oriuntur ex defluxu humorum, podagra, ſcabies, & Melancholicæ infirmitates, lepra, cancer, paralyſis, tabes, icterus niger, quartana febris, iliaca paſſio, hydrops, tuſſis, pituitoſi catharri ad pulmonem & pectoralia delabentes.

♃ ſignificat pulmonem, coſtas, cartilagines, epar, arterias, pulſum, ſemen, & horum membrorum affectiones, peripneumoniam, apoplexiam,

xiam, pleurisin, cardiacam, anginam, conuulsionem & stuporem, inflammationem epatis, dolores capitis, passiones spinæ dorsi, ventositates in corpore, & morbos, qui ex flatibus & fœtore, & putrefactione oriuntur.

♂ significat aurem sinistram, fel, renes, venas, pudenda, testes, & horum morbos, vt sunt vulnera, præsertim in facie, pestem, apostemata feruentia, acutas febres, ictericam flauam, erysipelas, carbunculos, fistulas, epilepsiam, dysenteriam, tertianam & quartanam febrem, & alias ægritudines calidas & siccas.

☉ significat cerebrum, cor, visum, oculum dextrum viri, sinistrum mulieris. Horum morbi sunt syncope, spasmus, palmus, cardiaca, opthalmia, oculorum fluxus. Catharros, choleram rubram etiam habet.

♀ significat matricem, renes, genitalia, mammillas, guttur, lumbos, epar, sperma, & affectiones horum membrorum, passiones matricis, suffocationes, inclinationem ad latera, diabeten, difficultatem agendi, gomorrhæam, stranguriam, epatis & stomachi imbecillitatē, scabiem Gallicam, lienteriam, frigus stomachi.

☿ significat cerebrum, spiritus, imaginationes, memoriam, linguam, manus, digitos. Horum sunt morbi, mania, priuatio sensus communis, lethargus, balbuties, & linguæ impedimentum, raucedo, tussis, morbus caducus, abundantia sputi, &c.

☽ significat cerebrum, oculum sinistrum viri, & dextrum mulieris, ventriculum, intestina, vesicam, gustum. Horum sunt morbi, epilepsia, paralysis, colica, menstrua, apostemata phlegmatica, copulationes crudorum humorum, fluxus ventris, solutiones.

Hactenus ostendere conati sumus, qui morbi à quolibet Planeta significentur, neque tamen hæc ita accipienda sunt quasi nobis morbos omnes afferat significatio infirmitatum, sed hæc ex aliis circumstantiis iudicanda sunt, vt natura signorum & locorum cœli aspectu ad luminaria. Exempli causa: ♄ significator vel auctor morborum, multos quidem morbos significat in genere, sed in signo aqueo & à ☉ combustus in sexta, lepram tantum portendit. Sed de his postea. Nunc quoque virtutes Zodiaci breuiter explicabimus.

## SIGNIFICATA SIGNORVM ZODIACI.

♈ habet caput & capitis partes, faciem, oculos, aures, dentes, barbam, & harum partium affectiones, vulnera in facie, dolores oculorum, surditatem, dolores dentium, næuos in facie.

♉. Collum, guttur, vocem hominis, earumque partium : inter humores Melancholiam.

♊. Habent humeros, brachia, ſcapulas, manus, mammillas, præſunt ægritudinibus quoque, quibus hæ partes corripi ſolent.

♋. Habet pulmonem, pectus, epar, coſtas & ſplenẽ, & horum membrorum morbos.

♌. Stomachũ, cor, dorſum, latera, pectus, coſtas, diaphragma, & horum ægritudines.

♍. Ventrem, inteſtina, viſcera, ac morbos horum denotat.

♎. Lumbos, vmbilicum, renes, veſicam, & inferiora ventris, horumque affectiones.

♏. Pudenda, veſicam, anum & vicinas partes; harumque morbos.

♐. Coxas, fœmora, nates, & horum impedimenta.

♑. Poplites, genua, & illorum ægritudines, interdum etiam oculorũ impedimenta deſignat.

♒. Tibias, crura, & harum partium morbos, fiſtulaſque poſſidet.

♓. Pedes & talos, morbos phlegmaticos & humidos cum ſalſedine aliqua permixtos deſignant.

Hos morbos atque has corporis partes ſigna & Planetæ ſinguli per ſe ſignificant, verum mutant Planetæ ſignificationes pro ratione conſtitutionis in aliis atque aliis Zodiaci ſignis, vt ♀ ſignificat per ſe matricem, venas, epar, pudenda. In ♏ ſignificat tantum pudenda. Vt autem hæc Planetarum cum certis corporum partibus cognatio facilius cognoſcatur in conſpectu habeatur ſequens ordo.

♄ ſignificat in
- ♈ pectus.
- ♉ ventrem.
- ♊ pudenda & quæ ſuccedunt.
- ♋ ventrem.
- ♌ pudenda & ſuccedentes partes.
- ♍ pedes.
- ♎ genua & ſuccedentia.
- ♏ talos.
- ♐ pedes.
- ♑ caput & pedes.
- ♒ caput & collum.
- ♓ collum, humeros, brachia.

♂ significat in

| | |
|---|---|
| ♈ | caput. |
| ♉ | collum. |
| ♊ | pectus & succedentes partes. |
| ♋ | pectus. |
| ♌ | ventrem. |
| ♍ | ventrem. |
| ♎ | pudenda & succedentia. |
| ♏ | caput, brachia, fœmora. |
| ♐ | pedes & manus. |
| ♑ | crura & humores. |
| ♒ | cor & talos. |
| ♓ | ventrem. |

♃ significat in

| | |
|---|---|
| ♈ | ventrem. |
| ♉ | dorsum. |
| ♊ | pudenda & succedentia. |
| ♋ | fœmora & genua. |
| ♌ | fœmora. |
| ♍ | genua & succedentia. |
| ♎ | caput & oculos. |
| ♏ | pedes. |
| ♐ | caput & crura. |
| ♑ | oculos & genua. |
| ♒ | humeros, pectus & pedes. |
| ♓ | caput & collum. |

☉ significat in

| | |
|---|---|
| ♈ | fœmora. |
| ♉ | genua. |
| ♊ | crura & talos. |
| ♋ | pedes. |
| ♌ | caput. |
| ♍ | collum. |
| ♎ | humeros. |
| ♏ | cor. |
| ♐ | ventrem. |
| ♑ | dorsum. |
| ♒ | pudenda & succedentia. |
| ♓ | pedes & partes succedentes. |

♀ significat in
- ♈ pedes.
- ♉ caput.
- ♊ collum.
- ♋ brachia, & humeros.
- ♌ cor.
- ♍ ventrem & ſtomachum.
- ♎ caput.
- ♏ pudenda & partes ſuccedentes.
- ♐ fœmora & brachia.
- ♑ fœmora & cor.
- ♒ genua & partes ſuccedentes.
- ♓ collum, dorſum.

☽ ſignificat in
- ♈ caput & genua.
- ♉ collum & crura.
- ♊ brachia, humeros & fœmora.
- ♋ caput, pectus, ſtomachum.
- ♌ cor, ſtomachum; collum.
- ♍ humeros, diaphragma.
- ♎ cor, ilia, nares,
- ♏ ventrem & genitalia.
- ♐ dorſum & fœmora.
- ♑ fœmora & genua..
- ♒ pudenda & vbera.
- ♓ fœmora & pedes.

☿ ſignificat in
- ♈ crura.
- ♉ pedes.
- ♊ caput.
- ♋ oculos & guttur.
- ♌ humeros & guttur
- ♍ cor.
- ♎ ventrem.
- ♏ dorſum.
- ♐ cor & pudenda.
- ♑ pudenda & partes ſuccedentes.
- ♒ fœmora & cor.
- ♓ crura & pudenda.

*An curabiles ſint morbi futuri an incurabiles?*

Si benefici Planetæ loca ſignificatorũ vt ♄ & ♂, vel auctorum mor-

borum

borum benefice aſpexerint, morbi erunt curabiles: Si non, erunt incurabiles, & in hoc iudicio diligenter obſeruandus eſt aſpectus partilis & platicus, quo magis partilis fuerit, eo morbus curabitur facilius, quo platicus magis eo difficilius.

*Aphoriſmi quidam ſpeciales de valetudine nati cognoſcenda & morbis quibusdam particularibus.*

1. Benefici Planetæ nullam dignitatem in Horoſcopo habentes, ſi in ſexta domo fortes, nec à maleficis afflicti conſtituantur, pene ſana corpora largiuntur, aut certe paucioribus morbis obnoxia. Talis eſt conſtitutio D. Winshemii, cui ♃ in ſexta domo feliciter absque malignorum radiis inimicis partilibus conſtitutus eſt, ita vt nullam in Horoſcopo dignitatem habeat, is in ſua vita vſus eſt valetudine firma, nec variis morbis fuit obnoxius.

2. Quod ſi beneficus, fortis ac bene affectus in ſexta conſtitutus fuerit, ita vt in prima dignitatem aliquam obtineat, idem quidem decernit, ſed remiſſius aliquãdo, ita vt prorſus in vita morbis careat, ſed interdum tamen leuiter aliqua imbecillitas natum tentet. Vt in genitura Vincentii Laurei ♀ Domina Horoſcopi eſt in ſexta in ſua exaltatione & à maleficis libera. Hinc ſcribit Gauricus, ipſum ad viginti octo annos ægrotaſſe nunquam.

3. Maleficus in ſexta domo læſus ab altero malefico, vel eidem coniunctus in ♈ ♉ ♋ ♏ ♑. pulſibus & chronicis paſſionibus ac ſæuiſſimis morbis afflictum corpus decernit, præſertim ſi alter eorum prærogatiuam in Horoſcopo habuerit, vel dominum Horoſcopi aut alterutrum luminare afflixerit. Talis eſt genitura Ioannis Alberti Archiepiſcopi: nã in ea ♂ dominus fuit primæ in ſexta retrogradus, ☽ nam ☌ lædẽs, ☍ vero ☉ fuit igitur ſæuitia morborum aſſidue grauiſſimeq; afflictus, ita vt P. M. in lib. de Temperamentis & ſtellis eius meminerit.

4. Eodem modo dominus primæ in ſexta per ſe debilis in ſigno noxio à maleficis læſus, valetudinarium, aut ſæpe in vita cum aduerſa valetudine conflictantem decernit. Talis eſt genitura Hieronymi Wolfii, cũ dominus ſigni eſt in prima intercepti ♃ in ſexta, à ♂ oppugnatus fuit.

5. Similiter infauſta & valetudinaria conſtitutio cenſetur ea, in qua malefici debiles præſertim Planetæ ſupra luminaria, præcipue Lunam, aut Dominum Horoſcopi in ſexta, id eſt, ſupra ſignificatores valetudinis in M. Cœli eleuantur. Dicitur autem hoc loco eleuatio Planetæ, cum fuerit ſupra finitorem circulum, aut alium ſignificatorem quemcunque eleuatur verſus A. C. ſeu in altiore loco figuræ cœleſtis poſitus reſpectu ſignificatoris. Talis eſt genitura Nobilis ac

Generoſi

Generosi Domini Casimiri à Polheim, vt quod mirum in modum accidit, etiam ♂ ☍. ita & ☽ in signo noxio prorsus obsessa & grauiter afflicta sit. Conflictatus est igitur in vita sua sæuissimis morbis, Podagra, Chiragra, ita vt nec pedibus nec manibus officium suum facere potuerit.

6. Dominus primæ ♄ in sexta debilis & ab altero malefico afflictus vel ☽ iunctus corpore, obnoxium morbis, ex frigidorum humorum coaceruatione originem ducentibus, & meatus in corpore obstruentibus designat, vt Paralysi, catharris. Si vero hoc modo à ☉ combustus in sexta fuerit in ♋. lepram portendit, in ♎ & ♑ hydropen, in ♏ phthisin, scabiem, ac vlcera erodentia, in ♓ podagram, & assiduos humorum frigidorũ ad pedes defluxus.

7. ♃ Dominus primæ in sexta à ♄ læsus, capitis ac spinæ dolores excitat, apoplexiam, difficultatem spirandi, asthma: à ♂ vero hoc modo afflictus, peripneumoniam seu pulmonum inflammationem, pleuritidẽ, anginam, inflammationem epatis, morbos calidos & similes significat.

8. ♂ Dominus primæ in sexta si debilis fuerit & à ☉ cõbustus, præsertim in signo igneo, calidas & feruentes febres decernit, & partis alicuius in corpore combustionem, aut saltem combustus manifestum periculum, morsum canis rabidi, & morbos alios calidos & feruentes. Si vero in signo aqueo constitutus ab altero malefico afflictus fuerit, dysenteriã, aut aliud quoddam alui proluuium periculosum portendit.

9. ☉ Dominus primæ in sexta debilis, cardiacas passiones ac tremorem cordis decernit; Si à maleficorum altero vel ab vtroque simul affligitur, oculi dextri amissionem significat.

10. ♀ Domina primæ in sexta debilis, epatis, ventriculi, ac membrorum naturalium imbecillitates & morbos significat, in mulierum autem genituris matricis passiones, difficultates partus & incommoda alia.

11. ☿ Dominus primæ in sexta debilis, & à maleficis afflictus, varia circa principes animæ facultates incõmoda significat. Item epilepsiam, si ♄ eum hostiliter in sexta in signo noxio læserit. Si in domo ♄ hoc modo constituitur, linguæ impedimentum nato decernit, vel prorsus mutum eum efficiet. Si in ♂ domicilio hoc modo constituitur, ardentes febres, Cancrum, & morbos similes calidos & siccos excitat: quod si in sexta nõ constituitur, attamen sextæ domus Dominus existit, & ♄ partiliter opponitur, surditatem nato minatur.

12. ☽ Domina primæ in sexta debilis & afflicta, debilitatem visus in oculo sinistro decernit. Si in ♈ fuerit, dolores capitis à causa calida ciebit. A ♄ afflicta in signo aqueo lepram; in aliis signis passiones colicas &

quoscun-

quoscunque morbos temporarios significat. Coniuncta Saturno partiliter in sexta in signo noxio podagram & dolores iuncturarum efficit.

13. Luminaria vtraq; à maleficis afflicta in signis infirmitatum, videlicet ♈.♉.♋.♍.♑.& ♒.ita vt vel luminarium alterum, vel maleficorum alter domum aut exaltationem in prima vel sexta obtineat, decerũnt ab ineunte statim ætate valetudinarios, post ætatem consistentem podagricos, chiragricos, & qui dolore iuncturarum excrutiãtur: ♄ etiam solus ☌ aut ☍ partili solem affligens in signo aqueo, præsertim in sexta domo, decernere podagram solet.

*De doloribus oculorum & visus imbecillitate vel oculorum amissione aphorismi speciales.*

Supra in generali iudicio abunde diximus de singulorum Planetarum circa corporaturam proprietatibus, tribuentes ☉ oculum dextrum viri, sinistrum mulieris; ☽ sinistrum viri & dextrum mulieris. Sicut enim inter cœlestia corpora principatum obtinẽt duo luminaria ☉ & ☽. non solum ob effectus euidentiores, quos in inferiori elementari natura cient & operantur; verum etiam ob luminis excellentiam & claritatem, quod reliquis mundi partibus, cœlestibus & terrestribus seu elementaribus copiose suppeditant: ita oculi in corpore humano pręreliquis sensibus exterioribus præstantiam singularem obtinent, ac plures toti corpori, partibusq; singulis vtilitates pręstant. Nunc igitur ordine ostendemus, quomodo ex luminarium considerationibus oculorum vitia ac morbi; ex quibus sensus visus vel deprauatio, vel diminutio, vel totalis destructio sequitur, deprehendendi sint.

1. Luminaria vtraq;, aut alterutrum, constituta in via lactea, aut cum stellis fixis, nebulosis, aut opposita inuicem, & afflicta à maleficis ☌.☍.□. vel ☉ □ affligens ☽. Sic constituta, præsertim in ortu, occasu aut sexto in loco ab Horoscopo cæcitatem, si vtrumque luminare ita constitutũ fuerit, portendunt, dextri quidem si ☉. sinistri si ☽ hoc modo afflicta vel cõstituta fuerit; ♄ quidem ex suffusione seu catharro aliquo ad oculos defluente, ♂ ex ictu & violentia. Quod si aspectus aliquis beneficorum intercesserit aut luminaria absque maleficorum radiis malignis in locis supradictis constituta fuerint, corrigi quidem periculum potest, non tamẽ auerti omnino. Fieri enim potest vt cæcitatem oculorum aliquis effugiat, sed tamen dolores oculorum & visus sentiet debilitatem, vnde tales plerunque, quib. luminaria ita affecta fuerint, vel hebetem, vel obtusum, vel afflictum, vel luscum, vel cæcutientem habent visum; cuius rei aliqua proferam exempla, si prius terminum & locum in Zodiaco viæ lacteæ ac nebulosarum stellarum iuxta recentiorum obseruationes indicauero.

Annotauit autem Stadius lacteum circulũ in septentrionali parte Zodiaci oriri circa 20°. ♊. & sese extendere vsq; ad primum gradum ♋. Deinde in meridionali parte Zodiaci appositi à 6°. ♐ vsq; ad 16°. eius signi, circa quem rursus euanescat. Deniq; circulus lacteus aperit se circa 20°. ♐ & defluit circiter gradum 5°. ♑. In his igitur spatiis Zodiaci intermediis luminaria si extiterint, in via lactea dicuntur esse. Nebulosæ autem stellæ maxime efficaces sunt in hac consideratione, constituuntur in his Zodiaci locis.

| | |
|---|---|
| Præsepe hodie est in | 1°. 30′. ♌. |
| Pleiades in dorso ♉ | 23°. 20′. ♉. |
| Coma Bærenices in | 16°. 0′. ♍ |
| Nebulosa ♏ in | 22°. 20′. ♓. |
| In oculo ♐ nebuloso in | 6°. 20′. ♑ |

Hæc etiam refert Pontan. lib. 10. de rebus cœlestibus, quem vide. Exempli gratia: In genitura Iacobi Rudingeri ☽ circa Pleiades in ☍ ♄. oculum sinistrum ex suffusione ei ademit, cui profecto & in altero oculo periculum magnũ metuendum propter ☉ non adeo longe à præsepe cum ♂ constitutum.

2. Luminare sc. cõditionarium temporis ☉ in diurna, ☽ vero in nocturna genitura iunctum corporaliter malefico; vel si eidem luminari aliquis maleficorum successerit, aut etiam antecesserit; ita vt ratione primi mobilis, vel luminare in locum à malefico infectum, vel à maleficis eodẽ modo in luminaribus feratur, periculum cæcitatis aut certe graue in oculo vitium minatur, cui præest luminare hoc modo constitutum. Nam progrediens maleficus ex illo loco, quem pridem luminare tenuerat, & luminare progrediẽs in locum malefici, statim eum præsentia sua inficit, causasq; naturales exerit, quibus affertur vitium nati oculo, vt in genitura M. Fausti Cornelii, ☉ luminare temporis ab ☍ ♄ afflictum, successit motu primi mobilis in locum à ♂ infectum, quæ sane constitutio dextri oculi aciem, vt scribit Gauricus, hebetauit.

3. Luminaria opposita, pręsertim ex angulis, si fuerint libera à maleficis, luscos aut strabos decernunt; si alterum fuerit cum stellis fixis nebulosis, aut via lactea, aut simul lęsum ab alterutro maleficorum alterius cęcitatem, aut certe hebetudinem decernit. Si vtraque, vtriusq; hebetudinem portendũt, vt in genitura cuiusdam Lipsensis, cuius meminit Gauricus, Luminaria opposita in angulis affligebãtur partili □ ♂. altero eorum non procul à capite ensis Persei distante, fuit is vtroq; oculo orbus.

4. Luminaria vtraq; cum stellis nebulosis, aut in via lactea existentia extra radios maleficorũ, sed sese tamen inuicẽ affligentia, luscos aut strabos

bos decernunt, vt in genitura M. Lazari Norimberg. ☉ egressus ex via lactea, & cum nebulosa oculi ♃ coniunctus in □ platico ☽ cum capite ♈ existunt, portendit imbecillitatem visus.

5. Luminaria vtraq; vel alterutrū obsessum aut afflictū à maleficis maleficorum radiis, extra tamen viam lacteam aut stellas nebulosas, periculum cęcitatis, aut grauem oculorum morbū decernit, nisi beneficus corpore aut radio interuenerit, quod cum fit, cæcutientes seu luscos aut strabos vtplurimum efficit. Talis est genitura Henrici Regis Galliæ, &c. qui solē pcipue à maleficis circa vnū pisciū obsessum habuit ab vtriusq; malefici □. cōfossus est ei oculus in hosticidio An. 1559. ex quo vulnere mortuus est.

6. ☽ Lumine diminuta & à maleficis afflicta sinistri amissionem oculi decernit, quod si simul tum fuerit in via lactea aut stella nebulosa, vel dominiū in sexta habuerit, eo deterius erit. Quod si à ♂ læsa fuerit, præsertim ex angulis, vitiū infertur aut ferro, aut igni, aut ictu, aut externa quapiā vi. Quod si ☽ □ aut ☍ radio ☿ simul afflixerit, vitium parabitur ex palæstribus certaminibus, aut ludis, aut exercitio pugilum. Si ♄ fuerit auctor illius mali, à vitiosis humoribus, perniciosisq; suffusionib. ortum ducet.

Cautela.

Omnib. his regulis de visus imbecillitate aut amissione aliquid detrahit ☌ benefici Planetæ, vel eius benignus radius, cum significatione cęcitatis. Quod si ergo inter ☌ luminaris alterius vel vtriusq; cum maleficis Planeta benignus intercidit vel corpore vel benigno radio, malum vel auertit, vel magna ex parte lenit ac mitigat. Eodem modo si inter aspectū malefici & luminare afflictum, beneficus vel corpore vel benigno radio intercidit, periculum auertit aut mitigat, ac corporalis quædam Planetæ benefici præsentia plus auxilii affert, quā eiusdem absentis beneficus radius. Impedit etiam & comminuit significationem luminaris cū stellis nebulosis constituti præsentia benigni Planetæ, vel benignus eiusdē radius.

## De Vitiis circa Pudenda.

1. ♀ in ortu aut occasu cum ♄ partiliter posita, aut ab illo conspecta □ vel ☍ aut domiciliorum inuicem permutatione. Si à ♂ aut è superiori loco, aut è regione infectorum vim genitalem amittit ob iniquitatem significatorum.

2. ♀ cum ♂ coniuncta ♄que configurata, si ♄ quoq; socius accesserit vel Eunuchos atq; euiratos faciet, vel hermaphroditos.

3. Quod si ☉ in socium ascitus configurationis fuerit, huius luminariaq; vna cum ♀ masculescent, ac ☽ acriter (vt dictum) fuerit à maleficis infestata, locis à superioribus, mares quidem euirabuntur, aut eorum te-

ſtibus vitium inferetur, aut ipſi hernia laborabunt, vixq; obſcœnarum partium aut vitium aut valetudinem euitabunt.

4. ♀ cum ☿ in ſeptimo loco, id eſt, occiduo in cardine poſita mares Eunuchos atque exactos decernit, mulieres vero virgines prolemque nunquã ſuſcepturas. Quod ſi aſſociabitur illis ♂ aut ☌. aut □. aut ☍ hermaphroditos, &c.

*Regulæ de auditu debili.*

1. ☿ ſextæ domus dominus à ♄ læſus aſpectu oppoſito vel □. præſertim in ſignis infirmitatis, ſurdum aut certe difficulter audientem deſignat, ſique ☿ hoc modo afflictus dominus primę extiterit, difficultatem audiendi augebit.

2. Si maleficorum alter, in primis ♄ ſextæ domus dominus fuerit ab altero malefico læſus, idem ſignificat, ſed paulo remiſſius, præſertim ſi debilis exiſtit.

3. ☿ in domo ac finib. ♄ octauum ab horoſcopo peragrãs locum ſurditatis vitium agnoſcet.

*De linguæ impedimentis ſeu vitiis.*

1. ☿ à ☉ combuſtus, præſertim in angulo orientis, vel mutum, vel difficulter loquentem ſignificat.

2. ☿ debilis, id eſt, in ſuo detrimento vel caſu, vel retrogradus, vel cõbuſtus à ☉ ac ſimul à maleficis afflictus impedimentum linguæ portẽdit,

3. ☿ debilis in ſigno muto conſtitutus, vt ♋. ♏. ♓. idem denotat, prę ſertim ſi in ſexta fuerit, aut ſextæ domus dominus extiterit. Quod ſi hæ conſiderationes omnes conueniunt, vt nimirum in ſigno muto ☿ conſtituatur, & à malefico, inprimis ♄ partiliter lædatur, ſitque combuſtus vel retrogradus, effectus euidentior ſignificatur.

4. In quorum genitura ♄ ac ☿ cum ☉ pariter coniuncti cardinem aliquem tenuerint, præſertim ortus aut occaſus, Lunaque configurabuntur, ipſeque ☿ occidentalis erit, iis in lingua vitium inerit, aut enim balbutient, aut bleſe hæſitanterue loquentur.

## De Vulneribus et Capitis Læsionibus.

Quicunque, inquit in Pontiloquio Ptolomęus, ♂ in Horoſcopo habent, omnino vulnus in facie vel capite habebunt. Vulnerum & vitiorũ, quæ à cauſa externa vel violenta aliqua proficiſcuntur, auctor eſt ♂. Horoſcopus vero faciem hominis denotat. Correctionẽ huius Aphoriſmi Pontanus in vetuſto quodam Codice ſe legiſſe perhibet talem: Quod ſi ♂ ſigni aſcendentis dominus fuerit, nati faciẽ vulnere aut cicatrice non deformabit, nam domum ſuam tunc tuebitur. Verum exempla teſtantur, eos etiam vulnera in capite & facie perpeſſos fuiſſe, in quorum genitu-

nituris ♂ in aſcendente in proprio domicilio conſtitutus fuerit.

Malefici ſeſe mutuo infeſtantes maleficis radiis □. ſi ſimul luminare alterum, inprimis conditionariũ afflixerint, luminari vel altero malefico in ſigno humano exiſtente & dignitatem aliquam in Horoſcopo ſeu domo prima obtinente, vulnera & læſiones capitis decernunt. Sunt autem ſigna humana ♊ ♍ ♒ & prior pars ♐. Sic in genitura M. Antonii Columnæ malefici ex ſignis humanam formam habentibus ſeſe mutuo radiis □ aſpiciunt, ac luminare vtrunque alter ☌ alter □ affligunt, Luminari conditionario in domo ♂ hærente, hæc conſtitutio vulnera ipſi denotauit plurima, quæ in humeris & tibiis eſt perpeſſus, nam aliquoties ictu bombardæ circa has partes eſt ſauciatus, ita vt ex vulnere in poplite accepto tandem etiam interierit.

Malefici ex angulis oppoſiti in ſignis humanis etiam grauia vulnera portendunt: Vt in genitura Ferdinandi Principis Salernitanorum malefici ex angulis orientis & occidentis opponuntur, altero eorum domino Horoſcopi exiſtente, altero in ſigno humano verſante, anno ætatis 47. læſus fuit bombarda.

Malefici coniuncti, præſertim in angulo & luminare alterum affligẽtes, itidem læſiones corporis à cauſa externa & violenta portendunt. Vt in genitura Alexandri Campegii malefici coniunguntur in angulo occidentis ex eoque ☉ in imo cœli cardine conſtitutum □ partilibus radiis lædunt, domum vero ☌ aſcendentis affligunt. Fuit globo bombardano vulneratus in coxa.

Malefici eleuati ſupra luminaria verſus M.C. ſi alter eorum aut ambo ſimul dominum Horoſcopi afflixerint ex ſignis vel in ſignis humanis idem ſignificant, eoque magis, quando vel alter eorum, vel vterque in ſignis humanã fortunam habentib. debiles fuerint. Vt in genitura Ioannis Medices Florentini ♄ ſupra ☉. ♂ ſupra ☽ verſus M.C. eleuantur, ita vt alter eorum, nempe ♄ ☉ ☌. Lunã oppoſito lædat, altero ſigno inhumanæ formæ exiſtente. Fuit ictu tormentalis machinæ in tibia dextra vulneratus, ita, vt reſecari etiam eam à corpore neceſſe fuerit.

☽ & ♂ ☌ vel ☍ in angulis, ſi vterque eorum vel alteruter in ſigno humano fuerint, vulnera minantur, ſi in domibus vel exaltationibus maleficorum homicidas. Vt in genitura Auguſtini Laudi & Ioannis Agnoui, qui Petrum Morſium Pauli Tertii filiũ ob ſcelera & libidines, quas promiſcue exercuerat, interfecerunt. Habuit enim vterque, vt refert Cardanus, ☽ oppoſitam ♂ in angulo M.C. ac ſignis violentis. Quod ſi ☽ hoc modo conſtituta ſimul fuerit cum ſtellis fixis violentis, & Dominum in prima habuerit aut αἱμαδοπότας, i.e. ſanguinem execrantes, aut αὐτόχειρας decernit.

Malefici vel ☌ vel ☍ vel □ radio sese mutuo aspicientes, & luminare alterum vel vtrunq; affligētes in signis △ ignei animalium formas habentibus, vt ♈.♌.♐.magna pericula & læsiones corporis ab equis & animalibus aliis portendunt. Sic in genitura Parcelli ☽ opposito radio læditur ex angulo, cecidit cum equo ad parietem, contusoque & effuso cerebro repente expirauit.

### De Doloribvs Dentivm.

♄ à ☉ combustus in signo aqueo, vel ♋ vel ♏ & ♓.amissionem dentium cum grauissimis doloribus decernit, præsertim in Horoscopo ita constitutus, vel in sexta domo dominium habens. In aliis autem signis dolorem partus ortum ex cerebri defluxu pituitæ ad gingiuā decernit. Talis est genitura Iani Cardani, patris Hieronymi Cardani, qui omnes dentes amisit anno ætatis 58. Fuit autem ♄ à ☉ combustus in signo ♋ ab Horoscopo.

### De Casv ab Alto.

1. ♄ in M.C. supra reliquos Planetas eleuatus affligens alterum luminare ☌ ☍ aut □.ac dominium in prima vel octaua habens, à casibus ex alto magna pericula minatur. Talis est genitura cuiusdam Norimbergensis, qui anno 1539. die 14. Martii mortuus est ex casu ab alto.

2. Dominus M. C. si fuerit maleficus in suo detrimento vel casu, vel peregrinus, aut retrogradus, affligens alterum luminare, ita vt in prima vel octaua dominium habeat alter maleficorum, magna pericula ex casu ab alto & præcipitatione decernit.

3. Quod si non fuerit maleficus, sed in signo malefici constitutus, & ab altero maleficorum partiliter afflictus, idem decernit, si in dictis locis dominentur. Vbi necesse est etiā, ambo luminaria vel alterum eorum esse afflictum.

4. In quorum genituris ♄ cardinalis fuerit, ♂que in eius successione collocatus, ☽ vero alteri eorum aduersa, qua ratione illud efficitur, vt ☽ si ♂ diametretur octauum à ♄ locum obtineat, illi cadent ab alto.

5. Luna in successione Horoscopi collocata, beneficisq; à stellis nulla irradiatione facta, solidisque in signis posita, diurno præsertim tempore casuum pericula minitatur.

### De Podagricis in Specie.

Luminaria vtraque afflicta à maleficis ☌ aut ☍ in signis aqueis infirmitatum videlicet ♈.♉.♋. ♏. ♑. ♓. ita vt alterum luminare vel alteruter maleficorum domum vel exaltationem habeat in prima vel sexta, decer-

nit

nit non tantum à pueritia δυνάμει, vt supra quoque indicatum, valetudinarios, verum etiam post consistentem ætatem podagricos.

*Exemplum propositæ genituræ.*

Significatores valetudinis in proposita genitura sunt, 1. Horoscopus seu domus prima in 25°.20'.♓. 2. Dominus horoscopi ♃. 3. Domus sexta in 4°.34'.♌. 4. Dominus eius ☉. 5. ☉ generalis significator. 6. ☽ generalis significatrix.

*Examen horum significatorum.*

1. Horoscopus fortis est & fortunatus, à nullo maleficorum aspectu læsus. 2. ♃ eius dominus fortis est propter receptionem mutuam & dignitates essentiales, sed coniunctus cũ ♂ & ☍. ♄ ni læsus. 3. Domus sexta fortis est & fortunata à nullo maleficorũ aspectu læsa. 4. Dominus eius ☉ fortis est & fortunatus, ratione suæ exaltationis, omnibusq; maleficorũ aspectib. liber. 5. Generalis significator Sol fortis & fortunatus iuxta rationes iam enumeratas. 6. ☽ fortis & fortunata ratione exaltationis & triplicitatis, sed malefica ☍ ♄ læsa, & ☌ ♂ afflicta. In hac collectione testimoniorum inuenio sex testimonia sanitatis, quatuor morborum, nullũ mediocritatis. Pronuncio itaque hunc natum rarius aduersa valetudine conflictaturum esse, sed maximã vitæ partem consumpturum in prospero statu valetudinis; ꝙ autem interdum affligatur, in causa est maleficus ♄ retrogradus ad ☽ generalem significatricẽ, & coniunctionem cum ♂. à quib. duobus & ♃ alias fortis & fortunatus, Horoscopi dominus existens, opprimitur. Morbi autẽ à quibus affligetur natus, à ☽ primum, quę affligitur à ♄ & ♂ sumuntur: item à ♃. qui ☌ ♂ læditur, sicq; duo malefici hos duos significatores affligunt, tandẽ à signis, in quib. significatores qualitatum morborũ constituuntur. Morbi itaq; erunt Lunares, Iouiales & Saturnini, ex quib. ♄ & ☽ frequentius natum infestabunt; Ac aliquantum hic quadrat regula vndecima de morbis, quia ☽ damnatur ab vtroque malefico, altero ☌. altero ☍ ( quales quilibet Planeta significet, cum supra sit dictũ, ipse colligas, hicq; accõmodes iuxta traditas regulas; sciens in aliis natiuitatib. illud esse addendũ) cumq; luminare cõditionarium ☽ à ♄ ☍ radio affligatur, mirum in modũ oculo sinistro aliquid damni inde portẽditur, cũ nullo beneficorũ aspectu interueniẽte, duo sint potẽtissimi significatores malefici afflictores, &c. Auditus grauitas nulla metuẽda, neq; etiã innuitur linguæ impedimentũ, cum ☿ quidẽ sit sub radiis, sed nõ cõbustus. Euidens quoq; in hac genitura testimoniũ datur regulę primę de lęsionib. ꝙ ♂ in Horoscopo cõstituatur, & augetur malũ, cum malefici sibi inuicẽ sint oppositi. Verendum itaq; est ne natus hic aliqñ lædatur, aut læsus fuerit ꝑ mẽbri contusionẽ in corpore, aut vulnus in facie.

in facie. Casum ab alto quoque ei portendit ♄. qui non facile tamen nocebit, quia ♂ cum ♃ domino M.C. coniungitur. Sed hæc ratio euidens non est. Et prospiciat natus sibi diligenter ne in podagræ vitium incidat.

Hæc de exploratione morborum nostræ natiuitatis. Aliquos adhuc addam Aphorismos, quos tamen huc quadrare nõ existimo, sed possunt in aliis natiuitatibus habere locum.

## DE HERNIA.

1. In quorum genituris ♄ in occiduo cardine constitutus ☽ in aliquo etiam cardine constitutę, aut quadrangulabitur, aut opponetur, illi nato aut genitalia secabuntur, aut in abditis corporis partibus cædentur.

2. ♄ & ♂ in oriente atque ascendente cœli parte iuncti in signo fœminino, aut in ipso forte cœli culmine partiliter exultantes in signo item fœmineo. Si ♀ & ☿ fœmineum quoque signum pariter calcantes viderint, genitalia minantur se excisuros, natosque ipsos euiraturos, omnino tamen cinædos efficiet. Quod si genitura mulieris fuerit, pudicitia eius in propatulo habebitur, quippe quæ publice prostabit.

3. ☉ & ☽ vitæ ac generationis præsides fœmineo in signo simul copulati, ☿ quoq; & ipse in signo fœmineo atque in Horoscopo constitutus, natum ipsum exagitabunt adeo, eiusque perturbabunt animum, vt ipsemet sponte etiam suis manibus virile membrum amputaturus sit, aut causam castrationi daturus.

## REGVLA DE CALCVLIS.

Calculosus erit, hocq; vesicæ vitio laborabit is, quisquis genituræ tẽpore, modo ea diurna fuerit, ♄ cũ ♂ simul in octauo loco ab Horoscopo, id est, in occasu constitutum habuerit. Forsan ventris quoque laborabit vitio, locus enim octauus cum sit gratuito noxius, vt dictum est, ♄q; ac ☿. cum bilem, quæ atra est, summum in modum excitent, ipseque ♄ diurno lætetur tempore, efficiaturque ad malefaciendum potentior; nimirum hunc morbum ingeneraturi videntur.

## DE INSANIA.

1. Quoties in alicuius genitura ☿ in ♍ constituitur, aut in suo detrimento, ♓ videlicet, Horoscopum partiliter tenuerit, atq; à ♂ ♄q; □ percussus fuerit, natus is ab insania vexabitur.

2. Agitabitur & ille insania, quicunq; in radice ♂ aut ♄ habuerit, alterum in imo consistentem, alterum in culmine, seu M.C. à qua sanabitur tandem, si ☿ irradiationem illis suam obiecerit.

3. ♂ quoque ac ☿ in occasu septimoque in loco ab Horoscopo constituti

stituti genitura cuiuspiam tempore, si ♀ quoque eodem in locô secum copulatam habuerint, consueuere non solum iecinoris vitia decernere, occultamque aliquam valetudinem, verum & insaniam & atræ bilis vitia morbosque inducere, delirium quoque mentisq; alienationem & eam, quæ phrenesis dicta.

4. ☽ cum ☉ in octaua aut contra illũ plena atque aduersa fronte constituta; si ♂ ♄que cum illis copulentur, aut diametrentur, aut quadrãgulentur, capitis non solum morbus, verum etiam aliàs perniciosas valetudines portendit.

### De Morbo Comitiali vt vocant.

Morbo comitiali laborabit is, efficieturque epilepticus, in cuius genitura ☽ Horoscopum tenens aduersum sese, atque in occasu constitutos habuerit pariter ♄ atque ♂. Neq; enim ☽ ♄que propter humorum maiora excrementa cerebrum tantum vitiabunt, quo è vitio natus is comitiali morbo laborabit, verum etiam ingenium obtundent.

Laborabit quoque eodem morbo, qui ♂ & ♄ solidis è signis atque ex oppositis locis inuicem aduersantes habuerit. ♂ ac ♃ se inuicem percutientes, alter scilicet è cœli culmine, alter ab imo eundem hunc morbum vitiatis humoribus afferent, qui tamen sanabitur.

♂ ac ♄ iisdem in partibus simul copulati, ipsoque in Horoscopo collocati, in signo duplici seu tropico, si ♃ ab occasu sibi Horoscopoq; aduersantem conspexerint, eum, qui hac sub configuratione in lucem venerit, comitiali morbo infestabunt.

☽ ☉ ac ♂ partiliter iuncta, atque cum his in cœli culmine collocata, eundem morbum ingenerabunt.

☉ cum ☿ in ♂ aut ♄ domicilio in Horoscopo morbum comitialem portendit. Plura vsus & diligens lectio bonorum virorum dabit.

### De Claudicatione Pedum.

1. In cuius genitura, si aut ♒ aut ♓ aut ♑ infestabũtur à ♂ ♄ve, aut ab vtroque, aut in ipsa genitura, forte genua illius fœtus, crura pedesque vitiabuntur in vtero.

2. ♂ in quocunq; cœli cardine tempore natiuitatis alicuius positus, vbi cardinis illius anaphoram ♄ possederit, aut alium quemuis genituræ cardinem, luminaria vero aut quadrangulentur, aut opponãtur illis, aut cum altero ipsorum partiliter coniungantur, natum illum claudum fortasse & paralyticum faciet.

3. ☿ ♄ ☉ pariter in alicuius genitura occasum tenentes, si ☽ & ♂ in octaua in iisdem partib. collocati fuerint, natum illum aut claudum futurum, aut certo mutilum significant.

4. Est & ille claudus futurus, in cuius genitura ♄ cardini cuipiã præsidens in sua ♂ anaphora successorem habuerit, ipse vero aut ☽ viderit, aut ille à ♂ visa fuerit.

5. ♂ in sexta valetudines ac vitia pro signi natura, in quo versatur, significat, si fuerit signum curuum, aut claudos aut gibbosos reddit.

6. ♂ in ♋. aut ♑. aut ♏. aut ♓. aut ♉. signis infirmitatum quemcunque cœli cardinem teneat, ☽q; aut ☌. aut ☍. aut □ feriat, aut claudos facit aut gibbosos, aut contortis ceruicibus, aut certe aliquod membrum vitiabit ob nimiam noxiorum humorum ad illud defluxionem.

Hæc sunt ex parte ea, quæ de sexta domo dicere volui, vbi tamẽ adhuc aliqua desunt, quæ ex optimis aliis auctoribus sunt petenda. Potest autẽ natiuitas ex his congrue conformari.

## Domus Nona de Itineribus Nati.

Ex nona domo præcipue iudicia de his capitibus desumi solent, 1. De nati itineribus. 2. De somniis, quorum primum lõgius est, & plura præcepta requirit, quam alterum, cum plures annexas habeat circumstantias, de quibus quæri solet. Quibus de singulis capitibus breuiter agemus.

Significatores itinerũ seu peregrinationis in qualibet genitura sunt, 1. Domus nona. 2. Dominus eius. 3. Domus tertia. 4. Domina eius. 5. ☽ & ☿. qui duo sunt generales itinerum & peregrinationis significatores. ☽ quidem, quia est vagabunda & velox. ☿ quia est instabilis & versatilis. Ex his omnibus significatoribus sumitur iudicium, vtrum natus sit peregrinaturus ad exteros, idque an sæpius vel assidue, ita vt totius vitæ conuersatio & actio apud exteros sit futura, an vero rarius & interdum tantum. Secundo vbi constiterit nato decerni itinera, considerantur duę præcipue circumstantiæ, in quam mundi partem futuræ sint peregrinationes respectu patriæ, quod si in diuersas partes significetur eum profectūrum, versus quam potissimum. Tertio quæ sint futuræ causæ principales itinerum.

Quo ad primam quæstionem, considera antedictos significatores, potissimũ vero ☽ & ☿. qui si inter se iuncti fuerint, aut in mutua receptione, aut primo puncto, aut ab eo recepti, vel nona domus, id est, si dominus tertiæ vel nonæ domus sit in domicilio vel exaltatione ☽æ vel ☿. & vicissim ☽ vel ☿ sit in domicilio vel exaltatione domini nonæ vel tertiæ. Item si occupant vel nonam vel primam, vel tertiam, omnia decernunt itinera. Idem facit dominus nonæ in prima, vel primę in nona, vel alterutro receptus ex dignitate essentiali, vel iunctus alterutri vel vtriq;, peregrinationes etiã satis crebras denotat. Idem denotat ☿ in domo ☽. vel ☽ in do-

in domo ☿. siq́ue ad plures harum regularum enumerationem genitura aliqua congruat, frequentiores peregrinationes & itinera lõgiora significantur. Si vero ad aliquas regulas vel vnicã tantum congruat natiuitas, iudicio eſt minora & rariora itinera decerni. Si harum conſtitutionum prorſus nulla in themate aliquo reperietur, natus admodum amans erit patriæ, ita vt vel nunquam, vel interdum ægre admodum peregrinationem aliquam breuem ſit ſuſcepturus.

## Secunda Quæstio de Plaga Mundi.

Si ex antecedentibus conſtet, natum itinera non confecturum, non opus eſt vberiore quæſtione, vbi vero euidentes ſint itinerum ſignificationes, quæritur, in quam mundi plagam potiſſimum futuræ ſint peregrinationes. Iudicium autem ſumitur primo à Planetis peregrinationẽ decernentibus. Secundo à ſignis Zodiaci, in quibus ſunt Planetæ decernentes itinera. Planetæ orientales, qui præſunt itineri, videlicet ☉ & ♄. decernunt itinera reſpectu patriæ verſus orientem. Meridionales, vt ♀ verſus meridiem, ☽ verſus occidentem. Septentrionales vt ♃ verſus ſeptentrionem, ☿ indifferens eſt, ac naturam aſſumit iſtius Planetæ, cui iungitur, vel in cuius dignitate eſſentiali verſatur, vt ſæpe dictum eſt. Signa autem conſiderantur ſecundum quatuor trigonos. 1. Igneus continens ♈ ♌ ♐ itinera reſpectu patriæ verſus ortum decernit. 2. Aereus tenens ♊ ♎ ♒ in occidentem. 3. Terreus habens ♉ ♍ & ♑. animum nati verſus meridionales terræ partes inclinat. Vltimus aqueus, continens ♋ ♏ & ♓. in ſeptentrionem peregrinationes ſignificat. Ab his igitur notis traditis plagæ mundi, verſus quas itinera ſua natus diriget, colligendæ ſunt, raro autem fit, vt aliquis verſus vnam tãtum partem mundi proficiſcatur, cum ſæpius compertum ſit, quoſdam cupidos videndarum regionum omnes quatuor mundi plagas perluſtrare frequenter, ideo teſtimonia colligenda ſunt à ſignificatoribus itinerum & ſignis, in quibus hærent, decernentibus itinera, verſus quamcunque partem ſeu plagam, & ſi omnium quatuor partium ſeu plagarum indicia adſunt, natus in omnes quatuor mundi plagas peregrinabitur, in illam tamen ſæpius, quæ teſtimonia habebit plura.

## De causis Itinerum Quæstio III.

Hæ ſimiliter duobus modis deprehenduntur. Primum ex natura Planetarum nato futura itinera ſignificantium. 2. à domorum ſignificatore, in quibus iidem Planetæ verſantur. Supra autem dictũ eſt, Planetas ſignificare duo, res & perſonas. Quare ſi Planetæ decernentes itinera

coniungantur, aut in eius dignitate essentiali sint, vel ipso ♄ significatore existente, ostendit causam itinerum futuram res Saturninas, vt fodinas metallicas, ædificationes, hereditates mortuorum: aut personas Saturninas, vt seruos, auaros, agricolas. Si ♃ causa erit, significatur religio, honor, prudentia, beneficia Ecclesiastica, aut personæ quæ talia administrant, vt Episcopi, Prælati, nobiles, iudices, magnanimi, & sic de reliquis Planetis: quorum significationes supra in loco de diuitiis exposui. Deinde considerandæ sunt significationes domorum, in quibus Planetæ constituuntur, decernentes itinera. Nam in prima domo significant itinera suscepta à quodam naturali amore peregrinandi. In secunda causa contractuum, emptionis, venditionis, acquirendæ pecuniæ. In tertia causa fratrum, sororum, cognatorum. In quarta causa parentum, patrimonii, & sic de reliquis domibus, quarũ significata supra quoq; aliquoties sunt exposita. Ita ab his duob. locis, videlicet à natura Planetarum decernentium itinera, & domorum significatione, in quibus iidem cõstituuntur, colligenda sunt conuenientia testimonia & inter se miscenda.

## De Svccessv in Itineribvs Qvæstio IV.

Iudicium de successione in itineribus vel infelici vel felici sumitur ab his tribus notis. 1. à natura Planetarum, itinera vel peregrinationes decernentium. 2. à fortitudine eorum vel debilitate. 3. à configuratione eorum cum Planetis reliquis beneficis vel maleficis. Quando itaque Planetæ decernẽtes itinera benefici fuerint fortes & fortunati, associati beneficis aspectu benigno vel etiam in domibus beneficorum hærentes secura itinera & successum felicem in istis actionibus, quarum causa itinera suscipiuntur, promittunt. Afflicti autem à maleficis, aut in ipsorũ domibus hærentes periculosa itinera aduersitatesq; multas in negotiis expediendis decernunt. Malefici fortes & à beneficis amicis radiis foti, itidem secura itinera & felicem in his successum, ita tamen vt leuiores aduersitates aliquando natus sentiat, concedunt. Debiles vero malefici aut sese mutuo infestantes, vel vtroque modo laborantes; aduersitates & pericula plurima in peregrinationibus nato obiiciunt, infelicemq; rerum expediendarum euentum significant. Ex his iam intelligitur, maleficos Planetas & significatores & auctores periculorum posse fieri. Significatores, quando per se debiles & afflicti sunt; auctores vero, quando significatorẽ itineris affligunt aut lædunt. Benefici autem significatores quãdoque periculorum, tamen non etiam auctores fieri posse, non enim alios significatores affligũt, sed ipsi à maleficis afflicti impedimenta & difficultates significãt. Qualitates autem periculi vel aduersitatis in genere cogno-

cognoſcũtur, 1. Ex natura maleficorum, vel per ſe debilium & afflicto-rum, vel ſignificatores reliquos affligentium. 2. Ex natura ſigni, in quo maleficus affligens & ſignificator afflictus verſatur. 3. Ex natura domus, in qua hærent maleficus affligens & ſignificator afflictus. ♄ igitur affligẽs ſignificatorem itineris inimico aliquo radio, vel dominus ſigni exiſtens, in quo ſignificator verſatur, vel ipſe exiſtens ſignificator debilis & ab altero malefico læſus, pericula & difficultates nato decernit per res & perſonas Saturninas, vt per aquas, nauigationes, loca ſolitaria, carceres, æs alienum, per nautas, agricolas, Eremitas, Iudæos, Monachos. ♂ per res & perſonas Martiales pericula denotat ab igne, latronibus, à militibus, à feris & beſtiis. In ſigno humido vterque maleficus, à pluuiis, aquis, nauigationibus infauſtis pericula denotant. In ſigno fixo vt ♉ ♌ ♏ & ♒. à lapſu & præcipitatione, vel à ventorum tempeſtate. In ſignis mobilibus, vt ♈ ♋ ♎ & ♑. à defectu commeatuum, aut ex aeris infectione peſtilenti. In ſignis humanis, vt ♊ ♍ ♒. & prima medietate ♐ à latronibus, militibus, inſidiis, captiuitatibus, abductione. In ſigno ſylueſtri, vt ♌ & ♑. & poſteriori medietate ♐. nato laceratio à beſtiis & feris animalibus metuenda erit. In ſigno terreo, vt ♉ ♍ & ♑ à ruina vel terræ motu periculum ipſi imminebit. In ſigno domeſtico, vt ♈ ♉. periculum ab animali domeſtico, vel equo vel cane ſignificatur. In ſigno venenato, vt ♏ ab animali venenato læſio metuenda erit, vt ſerpente, ſcorpione vel rabioſo cane. Domorum ſignificationes ſupra ſunt expoſitæ.

## De Regionibvs et Locis Terræ Particvlaribus nato ipſiusque actionibus magis conuenientibus, vel econtra minus conuenientibus & infauſtis.

Aſtrologi non ſolum in genere felicitatem vel infelicitatem in itineribus præcognoſcere ſolẽt. Sed etiam in ſpecie loca terræ particularia, vt regiones, vrbes, oppida, per quæ iter faciens, vel in quibus vitam ſuam aliquandiu trahens natus feliciorem vel infeliciorem ſucceſſum ſit habiturus, iudicare volentes præcipuas totius terræ habitatæ regiones & loca particularia, vt vrbes & oppida ſignis duodecim Zodiaci diſtribuerunt & ſubiecerunt, quam diſtributionem ſequens tabella exhibebit. Rationes autem in hac diſtributione duas habuiſſe videntur. 1. Sicut in genitura hominis ſignum aſcendens præcipua totius vitæ accidentia & actiones præcipuas gubernat, vt temperamẽtum, formam, mores, ingenium, valetudinem, ita vt afflictum vel obſeſſum à maleficis hæc omnia deprauata producat; eodem modo iudicarunt vrbibus ſingulis commode attribui poſſe ſigna quædam Zodiaci in prima vrbium exædificatione ſupra

Horizontem aſcendentia, ex quorum conditione iudicium de pręcipuis alicuius ciuitatis accidentibus ſumeretur. Has ergo ciuitates, quæ nõ admodum vetuſtæ ſunt, & quarum initia haberi poſſunt, ſubiiciunt Aſtrologi iſti ſigno, quod momento iacti fundamenti Horoſcopum tenet, ac ex eius conſtitutione & configuratione cum Planetis cõiecturas de præcipuis iſtius ciuitatis accidentibus vel felicioribus vel infeliciorib. ſumũt. Quando enim benignorum Planetarum in tali ſigno copulatio contingit, vel cum beneficus Planeta aſpectu amico cõfiguratur, felicem eo tẽpore ſtatum iſti vrbi indicant. Econtra quando inſigniter affligitur à maleficis vel præſentia, vel coniunctione, vel hoſtilibus radiis inſigne detrimentum, vtpote vel incendium, vel bellum, peſtem, vel annonæ caritatem, vel deuaſtationem iſti vrbi ſignificari ſtatuunt. Nec experientiæ teſtimoniis hæc ipſorum diſtributio deſtituitur. Ea enim oſtendit talibus prædictionibus euentus ſæpiſſime reſpondiſſe, vt Conſtantinopolis ſigno ♋ ſubiicitur: ideo, quia in prima iſtius vrbis exædificatione aſcendiſſe ♋ ſignum hiſtorici perhibent, & in libello geniturarum Haurici thema tale Conſtantinopolitanæ vrbis extat, ac gubernare eam hoc ſignum, multa iſtius vrbis accidentia & euentus teſtantur, vt anno 1453. quo à Mahometa Turcarum Imperatore expugnata & capta eſt, præceſſit ſex vel ſeptem annis infauſta ſuperiorum trium Planetarum ☌ in ♋. in qua ☌ ♋ à maleficis præſentibus affligebatur. Secundo, quando momẽtum primæ exædificationis haberi non potuit, ſignum aſcendens ex collatione multorum euentuum ſeu accidentium inſigniorum cum coniunctionibus maleficorum, vel configurationibus eorundem infauſtis aut Eclipſibus præſertim ſolaribus, quæ calamitatem publicam aliquam præceſſerunt, à poſteriori eſt inueſtigatum. Nam conſentaneum eſt illud ſignum cum loco aliquo ſeu ciuitate naturalem aliquam habere συμπάθειαν ſeu cognationem, cuius afflictionem ſeu læſionem à maleficis vel comitatur vel ſequitur ciuitatis afflictio ac calamitas. Sic de Norimbergæ initio certo non conſtat, quare & ſignum eius aſcendens ignoratur, ex aliquot tñ eius calamitatibus, quibus afflicta eſt grauiter, deprehẽſum eſt, eam ſigno ♊ ſubiiciendam eſſe. Quotieſcunque enim hoc ſignum ♊ vel ☌ vel ☍ vel □ radio à maleficis affligitur, aut quando Eclipſes in hoc ſignum incidunt, calamitatem aliquam inſignem huic ciuitati ſignificatam fuiſſe compertum eſt; vt obſidionem Norimbergæ, quæ facta eſt anno 1553. præceſſit Eclipſis ☉ in ♊. ♂ debili, ac in ſuo detrimento conſtituto verſus M. C. ſupra locum Eclipſeos eleuato, afflicta eſt eo anno ab Alberto Marchione filio Caſimiri grauiter, qui etiam depopulatis ac deuaſtatis eius longe lateque finibus tandem eam coegit ſatis iniquas

pacis

pacis conditiones accipere. Sic anno 1550. Eclipsis Solis in signum ♍ incidebat, quod signum radio □ ♊ intuetur. ♄ præterea in ♊ tum temporis locum Eclipseos radio □ infestabat, ♂ vero à loco Eclipseos non procul distans signum ♊ radio □ platico affligebat. Anno sequenti grauissima pestis vrbem inuasit, qua fere per biennium durante multa hominum millia interierunt. Isti ergo signo, quod est afflictum, & calamitatem publicam alicui loco peperit, locum istum subiectum esse, istudque in ciuitatis illius exordio supra Horizontem ascẽdisse Astrologi statuerunt. Subiiciuntur itaq; iuxta alterutram harum rationum regiones, vrbes & oppida duodecim signis Zodiaci hoc modo:

♈ habet ex regionibus Syriam, Palæstinam, Galliam, Britanniam minorem, Burgundiam superiorem, Westriæ partem, Germaniam, Sueuiã, Silesiam superiorem, Poloniam minorem. Ex vrbibus habet Neapolin, Capuam, Anconam, Incolam, Ferrariam, Florentiam, Veronam, Lindauiam, Traiectum, Brunsuigam, Cracouiam, Cæsaraugustam.

♉ habet ex regionibus Parthichiam, Mediam, Persiam, Cæladan, insulam Cyprum, Asiam minorem maritimam, Succiæ partem, Russiam albam, Poloniam maiorem, seu Hyberniam, Lotharingiam, Campaniam, Heluetiam, Rhetiam, Franconiam. Ex vrbibus habet Wirgum Hispaniẹ, Bononiam, Senas, Mantuam, Tarentum, Panurnium, Perusium, Parmam, caput Histriæ, Prixiam, Tigurum, Lucernam, Naureium, Methin, Herbipolim, Carolostadium, Lypsiam, Posnam, Neugardiam.

♊ tenẽt regiones Hyrcanum, Armeniam, Marcianam, Cyronaicam, Marmaricam, Ægyptum inferiorem, Sardiniam, Longobardiæ partem, Flandriam, Brabantiam, Ducatum Wirtenbergensem. Vrbes: Corduam Hispaniæ, Viterbium Cæsarum, Frynum Regium, Louanium, Bruges, Londinum, Moguntiam, Cizingum, Hasvortziam, Bambergam, Noribergam, Wollacum.

♋ Subiicitur ex regionibus Numidia, Africa minor, Bithynia, Phrygia, Colchis, Regnum Granatæ, Regnum Franciæ, Comitatus Burgundiæ, Hollandia, Selandia, Regnum Scotiæ, Brussia. Ex vrbibus Constantinopolis, Tunetum, Venetiæ, Heunah, Luca, Pisa, Mediolanum, Bicentia, Berna, Treueris, Eburatum, Lubeca, Magdeburgum, Gœrlizium.

♌ regiones Phœniceam, Chaldæam, Orginiam, Galliam togatam, Alpes, Italiam, Siciliam, Apuliam, Bohemiæ Regnum, & Turciæ partẽ. Vrbes: Damascum, Syracusas, Romam, Rauennam, Cremonam, Vlmam, Confluentiam, Bragam, Lindzingum, Cremisium, Wittebergam tenet.

♍ habet

♍ habet regiones Mosopotamiam, Babyloniam, Assyriam, Achaiam, Græciam, Crocaciam, Carnigiam, Athesinam, Ducatum Atheniēsium, Cretam, Comatæ Galliæ partem, Rheni partem, Silesiam inferiorem. Vrbes, Hierosolymam, Corinthum, Rhodum, Bauanam, Aratium, Cumas, Brundusium, Parthiam, Signiam, Tolosam, Lugdunum, Parisias, Luteciam, Heidelbergam, Erfordiam, Vratislauiam.

♎ habet regiones Boethianam, Caspiam, Seres Thebaitha, Æthiopiam, Trochlontidem, Tussiam, Sabaudiam, Delphinatum, Alsatiam, Sontgauiam, Liuoniam, Austriam. Ex vrbibus Vlissibonam, Arabatum, Caieta, Lauda, Suessa, Placentia, Friburgum Briscoiæ, Argentinam, Spiram, Francofurtum ad Mœnum, Halam Sueuorum, Wimbinam, Heilbronnam, Phrysingum, Mospachium, Landishutam, Viennam Austrię.

♏ habet ex regionibus Cappadociam, Mauritaniam, Iudæam, Idumæam, Getuliam, Cataloniam, Norbegiam, Suetiam occidentalem, Bauariam superiorem. Ex vrbibus Algæuam, Valentiam Hispaniæ, Trapezuntum, Vrbinum, Aquileium, Camerinum, Taruisium, Patauium, Forum Iulium, Messanam, Viennam, Allobroium, Monacum, Hedacum.

♐ habet regiones Hispaniam, Tirrigoniam, Calthacam, Galliam, Narbonesum, Sclauoniam, Ciciliam, Dalmatiam, Morauiam, Mysniā, Vngariam. Vrbes, Toletum, Volaterras, Mutinam, Narbonā, Aueniomem, Coloniam Agrippinam, Stugardiam, Rotenburgum Tuberinum, Heidenburgum, Buda, Cascouia.

♑ tenet regiones, Indiam, Macedoniam, Thraciam, Adiannam, Illyriam, Genesium, Albaniam, Bulgariam, Græciam, Muscouiam, Liduianam, Saxoniam, Hassiam, Thuringiam, Marchiam Styriæ, Dorcatas insulas. Vrbes, Iuliacum, Cleuoniam, Bergam, Mechlineam, Gandauum, Oxonium, Vilnam, Brandeburgum, Augustam Vindelicorum, Cōstantiam, Derchonam, Deuentriam, Fauentiam.

♒ tenet ex regionibus Arabiam desertam & Petræam, Sarmatiam, Tartariam magnam, Vbathiam, Sauromatiam, Russiam, Cuream, Daniā, Suetiæ meridionalis partem, Westphaliam, Mosellanos, Bolomuntium, Bauariæ partem. Ex vrbibus, Hamburgum, Bremam, Montemfurarum, Pisauium, Tridentum, Salispurgum, Ingolstadium.

♓ habent ex regionibus Lydiam, Pamphiliam, Calabriam, Portugalliam, Numandiam, Garamantes, Thraciam, Nacomontidem. Ex vrbibus Alexandriam, Hispalin siue Sybiliam, Rothomagum, Parentium, Wormatiam, Ratisponam.

Vt igitur cognoscas, in quibus regionibus ac vrbibus natus maiorem felicitatem habiturus sit, eiusque in actionibus omnibus successus prosperio-

ſperiores extra polliceantur. Primo conſidera ſigna 10. 11. 12. domorum radicis. Ea enim ſi à maleficorum hoſtilibus radiis ſunt libera, oſtendunt regiones & vrbes, quibus videlicet ipſa præſunt, admodum commodas nato futuras & conuenientes, vt ibi vel habitet vel contractus ſuos exerceat, multoque maiorem felicitatem in omnibus actionibus ibidem experietur, ſi ſimul ſigna iſta à beneficis vel benigno radio, vel præſentia ipſorum foueantur. Si vero à maleficis affliguntur, mediocrem felicitatē nato in illis locis dominiumque pollicentur. Secundo conſidera ſigna, in quibus conſtituuntur ♃ ♀ & ☊. Si enim ea ab inimicis maleficorum radiis ſunt libera, & proſperitatem nato & felices ſucceſſus iis in locis, quibus præſunt, promittunt, præſertim ſi ſimul in ortu, vel M. C. vel 11. vel 12. conſtituuntur. A maleficis vero impedita & in occaſu vel imo cœli, videlicet 8. 12. conſtituta, mediocritatem ſignificant. Mediocritatem etiam ſignificant ſigna domus 3. 5. 9. ſi à maleficorum radiis libera exiſtunt. Læſa enim aduerſitates ſignificant. Eodem prorſus modo vt cognoſcas regiones & vrbes nato incommodas, eiusque contractibus & actionib. aduerſarios. 1. conſidera ſigna 8. I. C. 6. 7. & 12. Si enim ea beneficorum radiis fauſtis deſtituuntur, à maleficis quoque male affliguntur, aduerſas regiones & vrbes nato, quibus ipſa præſunt, portendunt. 2. conſidera ſigna maleficorum radiis, vt ♄. ♂ & ☋ læſa, nam & ea nato regiones parum felices futuras indicant, præſertim ſi ſigna iſta in aliquo prædictorū locorum ſimul inueneris, vt in 6. 4. 7. 8. 12. incidunt. Si enim extremæ infauſtæ erunt, nato eiusque actionibus & contractibus plane aduerſæ. Quare omnino eas vitare debet, neque ibi aut habitare, aut contractus ſuos exercere. Si vero ſigna iſta in Horoſcopum, M. C, 2. aut 11. incidunt, mediocritatem decernunt.

## De Somniis.

Signa ſomniorum conſiderantur aut ratione Planetarum, aut ratione ſignorum. Ratione Planetarum, aut per ſeſe, aut in ſua natura, aut per accidens ſeu ratione dominii, quod obtinet in 9. aut corpore in ea conſtitutus, idque per ſe. Ratione ſigni, aut in 9. conſtituti, aut in ea intercepti. ♃ aut ♀ in 9. potentes, ſi inimicis radiis non feriantur, ſomnia afferunt *μαντικά*, quibus euentus plerunque reſpondent. Afflicti vero, vel à maleficis vel per ſe debiles, ambigua ſomnia, quibus interdum reſpondent, interdum non reſpondent, portendunt. Sed malefici in 9. vt ♄ aut ♂ debiles, ſomnia prorſus inania aut fallacia, quibus raro euentus reſpōdent, ſignificant. Idem etiā ſignificant mediocres Planetæ, vt ☉ ☽ & ☿. Si plures Planetæ ſimul in 9. conſtituerentur, potior dignitas eſt præferenda; ſi

nulli Planetæ in 9. conſideretur ſignum nonæ & dominus eius, & ſecun-dum diſpoſitionem eius & qualitatem iudicatur eodem, vt dictum, modo. Qualia autem ſomnia Planeta quilibet ſignificet per ſe, ordine nunc docebimus.

♄ ſignificator ſomniorum, habebit natus ſomnia de rebus & perſonis Saturninis, de agricultura, de fodinis metallicis, de inuentione theſaurorum, de cauernis ſubterraneis, locis ſolitariis, tenebricoſis, de ſeruis & mortuis, ſpectris, Dæmonibus, rebus triſtibus, metum & formidinem animis incutientibus. De his cum ſupra ſatis ſuperque in ſecundæ domus iudicio dictum, nunc non agam, illuc te remittens.

*Exemplum propoſitæ genituræ.*

Significatores itinerum huius propoſitæ genituræ ſunt, 1. ♃ Dominus 9. 2. ☿ Dominus 3. 3. ☽ in 21°.12'. ♉. 4. ☿ in 14°.9'. ♈. in Horoſcopo. Hi ſignificatores ſatis frequentia & longinqua etiam decernunt nato itinera. Nam iuxta ſecundam regulam ☉ iungitur ☿. deinde ♃ dominus 9. iungitur ☽. nec non ☿ in ☉ exaltatione conſtituitur. Non tamen adeo linginqua erũt, quod ſignificatores partim in ſignis fixis, partim in ſignis mobilib. conſtituãtur. Suſcipiet autem natus itinera reſpectu patriæ verſus ortum & meridiem ratione ☉ & ☿. qui ☉ vtpote Planetæ orientalis naturam aſſumit, & in ſigno igneo verſatur. Item verſus ſeptentrionem ratione domini nonæ. ♃. Ratione vero ſigni ♉. verſus meridiẽ: ☽ verſus occidẽtem ſeu ratione ſigni verſus meridiem. Ex his itaq; concluditur natum hunc potiſſimum verſus ortum, meridiem, & occaſum ambulaturum, quia potiores ſignificatores earum plagarum ſunt rarius verſus ſeptentrionem, cum vnus tãtum ♃ id ſignificet. Cauſas itinerum oſtendunt ♃ & ☿. qui præcipui ſignificatores in hoc themate exiſtunt, vt 2. & 9. ſignificatores, in quibus hi duo conſtituantur. Peregrinationes igitur ſuſcipiet ratione ☿ ſtudiorũ gratia propter viros doctos, eloquentes, quos vel audire coram, vel ab iis diſcere cupiet, necnon in prima domo propter propriam induſtriam & ſuam virtutem. Ratione vero ♃ res & perſonas Iouiales cauſæ itinerum ſignificantur, videlicet per adminiſtrationes publicorũ officiorum, propter magiſtratus, propter viros claros & auctoritate pollentes, à quibus ipſi negotia perficienda demandabuntur. Non admodum ſecura itinera nato promittuntur, quod ſignificatores pleriq; à maleficorum aſpectibus lædantur, vt ♃ & ☽ ab ☍ ♄ ℞. & ☌ ♂. ☿ vero in domo malefici ♂tis, niſi quod cum ⊕ & ☉ coniungantur, vnde mediocria portenduntur. Quod ad regiones attinet, tibi relinquo: quibus te exerceas; cum hic nullus Planeta nec beneficus nec malefi-

maleficus in 9.constituatur. Ad signum, eiusque me dispositorem confero, qui est ♃.is cum non sit admodum fortis in hac significatione, læsus enim & obsessus est à maleficis, pronuncio huius nati somnia communia futura fallacia, non per omnia μαντικά, & potissimum Iouialia, id est, erunt læta, de conuersationibus cum rebus & personis Iouialibus, cũ Magistris, Principibus, hominibus claris, dignitatibus, honoribus, splẽdore eminentibus, interdum etiam ratione domicilii, in quo ♃ constituitur, de rebus venereis & libidinibus.

## DOMVS DECIMA DE DIGNITATIBVS ET honoribus nati alicuius.

Ex hac domo 10. duplex desumitur iudicium, seu de duobus principalibus capitibus, sub quibus specialia quædam comprehenduntur, vt de dignitatibus & honoribus in genere, item de Magisterio. Nominamus autem hoc loco Magisterium vitæ genus, seu artem quam natus exercebit, & qua victum, existimationem & reliqua ad vitæ huius sustentationem necessaria conquiret. In specie autem de dignitatibus & honoribus tres considerandæ occurrunt circumstantiæ. 1. An nato honores decernantur, an vero totam suam vitam in loco aliquo abiecto & conditione obscura sit transacturus. 2. Si nato dignitates astra pollicentur, proximum est, vt qualitas istarum dignitatũ & origo inuestigetur, id est, quæratur quales sint futuri honores, & vnde ad natum sint peruẽturi. 3. Duratio honoris, an statum hunc natus per totam vitam suam conseruaturus sit, an vero aliquando honores amissurus, & propter quam causam.

### *De primo: An videlicet nato honores decernantur?*

Significatores honorũ in qualibet genitura sunt. 1. luminaria, in primis vero ☉ 2. Planetæ medietate suorum orbium vel iuncti luminaribus vel eadem radio quocunque siue benigno, siue maligno aspicientes, inprimis vero ☉. 3. Dominus M.C. seu domus 10. 4. Planeta vel Planetæ in 10. constituti. Hi significatores iuxta sequentes regulas ordine sunt examinandi.

1. Significatores enumerati si fuerint in propriis domiciliis aut exaltationibus, aut receptionibus mutuis, ex his dignitatibus honores amplos, officia publica, administrationes splendidas, existimationem, fauorem & beneuolentiam magnatum eximiam, & in societate ciuili auctoritatem singularem nato decernunt: in triplicitatibus aut terminis hæc eadem conferunt, sed remissius & mediocriter tantum. Peregrini vero aut in suis detrimentis aut casibus prorsus nullas dignitates attribuunt.

2. Si fuerint hi significatores in angulis, vt in 1.10.7.4. conferunt etiã dignitates amplas. In succedentibus vt 2.5.11. mediocritatem. In 8. domo & cadentibus, vt 3.6.12.9. exiguos aut nullos honores, & exiguũ aut humile genus vitæ. Quod si vtrunque simul contingat, vt significator sit & in proprio domicilio & in angulo, duplicatum testimonium effectum euidentiorem designat.

3. Si significatores dignitatum sunt iuncti stellis fixis regiis, primæ aut secundæ magnitudinis parum ab Ecliptica distantibus intra quinq; gradus ante vel post, maximos honores denotant, ita vt in collectionem testimoniorum per numeros tria semper magnarum dignitatum testimonia tali constitutioni sint attribuenda. Sunt autem tales stellæ: Regulus seu cor ♌.in 23°.♌. Spica ♍ in 18°.♎ fere. Oculus ♉ in 4°. fere ♊. Hercules seu caput ♊ sequens in 18°.♋. cor ♏ in 4°. fere.♐. Luminosior lanx Australis in 9. gradu ♏. Borealis in ♏. 13°.

4. Planetæ benefici in domo 10. magnas dignitates & auctoritatem maximam decernunt, malefici in 10. nullas dignitates promittunt. Mediocres mediocrem honorum statum decernunt.

5. Dominus Horoscopi in M.C. vel econtra dominus M.C. in Horoscopo dignitates eximias pollicentur, adeo vt in collectione testimoniorum per numeros duo testimoniorum magnarum dignitatũ ipsi sint asscribenda. Iuxta has igitur quinque regulas ordine testimonia magnarum, mediocrium, & nullarum dignitatum colligantur, & secundum numerum vincentem iudicium de honoribus constituatur.

*Qualitas & origo dignitatum.*

Hoc iudicium sumitur à Planetis circumdantibus aut partiliter aspicientib. luminaria (quomodocunq; siue benigne siue maligne) præcipue vero ab eo, qui inter stipatores luminarium potentior est: idque iuxta sequentes regulas, quomodo principalis significator sit eligendus.

1. Si aliquis Planeta corpore luminaribus iungitur, aut partili eadem, in primis vero ☉ radio aspicit, is principalis honorũ significator existit.

2. Si plures Planetæ luminaribus iunguntur, vel ea aspiciunt quocũque radio, principalis significator is est, qui inter has fortissimus ratione dignitatum essentialium existit, & maxime partili radio alterutrum luminare intuetur.

Si nullus Planeta luminaribus iungitur, vel ea quocunque radio aspicit: Planeta, qui in 10. domo cõstituitur; vel si plures ibidem fuerint, fortior ex iis pro principali significatore eligendus est.

Cum in 10. etiam nullus Planeta constituitur; Dominum 10. domus principalem significatorem honorum constitue, ac secundum naturam eius

eius ac domus in qua versatur de origine venturarum dignitatum iudicium compone, eruto hoc modo iuxta harum regularum aliquã principali honorum significatore. 1. Considera quales res & personas is per se significet, & ab aliarũ rerum & personarum proprietate qualitatẽ ac causam honorum, qui nato decernuntur, diiudica. Vt si ♄ fuerit principalis harum significator, honores & auctoritatem acquiret per res & personas Saturninas, vt per exædificationes, per culturam terræ, per hereditates, possessiones amplas immobilium bonorum (sunt enim vtplurimum excellentes horum significationes cum insignib. diuitiarum significationibus coniunctæ, & contra diuitias in omni vitæ consuetudine honores comitantur) Item ad diuitias tales promouebitur per homines senes, auaros, parcos, graues, solitarios.

♃ principalis significator honores Ecclesiasticos vtplurimum confert per commẽdationes à claris viris factas, per beneficia. Atq; reliquorum Planetarum significata eadem sunt, quæ supra aliquoties sunt enumerata. Deinde etiam considerato in qua cœli parte seu statione seu domo is significator honorum principalis hæreat, eiusque naturã ac significationem diligenter cum natura ipsius Planetæ permisce. Quæ autem sint singularum domorũ cœli significationes supra in cap. de diuitiis copiose est dictum.

## DE DVRATIONE HONORVM.

Etenim hæc iudicii pars à natura & constitutione significatoris depẽdet. Per regulas itaque traditas primo constitue principalem significatorem. Deinde diligẽter ipsius naturã, vtrum nimirũ beneficus sit vel maleficus, vel mediocris; & constitutionẽ, vtrũ videlicet fortis sit in præsenti themate, an vero debilis, perpẽde. Beneficus ac fortis Planeta ratione dignitatũ essentialiũ significat statum nõ solum duraturum honorũ esse cum felicitate quadam per totam vitam nati, sed subinde etiã incrementum accepturũ denotat. Beneficus mediocriter ratione dignitatũ essentialium effectus, duraturos quidem per totam vitam nati honores, sed cum difficultate quadam denotat. Beneficus debilis, duraturos quidem honores, sed absque incremento & ad tempus tantum ostendit, ita vt aliquãdo natus eas prorsus sit amissurus. Maleficus fortis & potens ratione essentialium dignitatum, vbi principalis significator honorum fuerit, ostendit honores per totam vitam nati duraturos esse, sed absq; incremento & variis difficultatibus, quæ periculum amissionis eorum minitabuntur. Si mediocriter fuerit aspectus maleficus, honores quidẽ durabunt, sed cum assiduo decremento ac imminutione, nunquam tamen

penitus natus eas amittet. Si debilis fuerit maleficus, ſubitam honorum amiſſionem ſignificat. Quando ☿ principalis honorum ſignificator exiſtit ac feliciter ac bene conſtituitur; in principio honores cum inſigni felicitate durabunt, ac incrementum etiam accipient; circa finem vero vitæ natus varias difficultates in his experietur, nunquam tamen prorſus amittet. Mediocris conſtitutus ☿ ruinam quidem ſtatui honorum ſæpius minabitur, attamen nō cadent. Debilis ☿ ad tempus duraturos honores, cum exitu infelici oſtendit.

*Exemplum propoſitæ genituræ.*

Significatores honorum in hac propoſita genitura ſunt, 1. ☉ in 23°. 35'. ♈ ac domo prima. 2. ☽ in 21°. 12'. ♉. ac domo ſecunda. 3. ☿ iunctus Soli. 4. ♃ iunctus Lunæ. 5. ⚹ partilis ♀ ad ☽. 6. ☍ partilis ♄ ad ☽. 7. ♂ iunctus ☽. 8. Dominus M.C. ♃.

*Examen horum ſignificatorum.*

1. ☉ ratione exaltationis magnos pollicetur honores, ratione domus primæ magnos.

2 ☽ ratione exaltationis magnos, ratione triplicitatis mediocres, ratione domus ſuccedentis mediocres.

3. ☿ ratione termini mediocres, ratione domus primæ magnos.

4. ♃ ratione receptionis cum ♀ magnos, ratione domus primę ſimiliter magnos.

5. ♀ ratione receptionis cum benefico magnos, ratione exaltationis magnos, ratione domus primæ magnos.

6. ♄ ratione retrogradationis nullas, ratione domus octauæ nullas dignitates pollicetur.

7. ♂ ratione peregrinitatis nullas, ratione detrimenti nullas, ratione primæ magnas.

8. ♃ ratione receptionis magnos honores, ratione domus primę magnos. Et cum is bis adhibeatur, honores quoque ei ſunt bis aſſcribendi.

In collectione itaq; teſtimoniorū ab his ſignificatoribus deſumptorū inuenio tredecim teſtimonia magnarum dignitatū, tria mediocriū, quatuor nullarum: quare ſecundum numerū vincentē teſtimoniorū cōcludo, hunc natum ad ſummos honores adhuc peruenturū, & habiturū auctoritatem & exiſtimationem apud pleroſq; eximiam, adminiſtraturum forſan officia publica, cum fauore ac ſplendore magnatum ſingularium. Qualitatem autē venturarum dignitatum oſtendit ☿ iunctus ☉. perueniet itaq; hic natus ad honores propter eruditionē, prudentiam, cognitionem multarum rerū, induſtriam, & id potiſſimum accidet vitæ genus propter propriam induſtriam, quia ☿ ☉ iunctus corpore in prima conſtituitur,

ſtituitur,& licet etiã Planetæ cum ☽ coniungantur,inſpicimus tñ principales cum ☉. Et erit hic honorum ſtatus mediocris,i.e. neq; omnino firmus,neq; omnino inconſtans,ꝙ ☿ qui ☉ iungitur,mediocris exiſtat,& nullas pene habeat dignitates eſſentiales,ad quod etiã accedit,quod ſit in malefici domicilio conſtitutus,etſi ⊕ in aliquibus ſe exercuerit.

*Pro Magiſterio nati.*

Quid ſit Magiſterium,quidq; per illud Aſtrologi intelligãt, ſupra abunde eſt dictum,nunc quomodo circũſtantiæ illius in ſpecie ſint cognoſcendæ breuib.addemus.Solent autem Aſtrologi ſequentes addere.1. An natus habiturus ſit Magiſterium, i.e.nacturus aliquod ſtudium ſeu artẽ aliquam,an ſit otioſam vitã ſine omni exercitatione aut opificio ducturus. 2.Si eſt habiturus Magiſterium,quale illud ſit futurum. 3. Qualem in eo genere Magiſterii,quod tractaturus eſt,ſit habiturus ſucceſſum,ſeu an felix ſit futurus, vel exiguam vel nullam nominis celebritatem ex eo ſibi comparaturus.

De primo.

An natus habiturus ſit aliquod ſtudium ſeu artem, quam per vitã ſuã exerceat, cognoſcere poteris ex ſignificatore Magiſterii, qui ſemper eſt vel ♂ vel ♀ vel ☿. Qui vero ex his trib. ſignificator Magiſterii in qualibet genitura exiſtat,iuxta regulas ſequentes eſt obſeruandum.

1. Conſidera,an aliquis horũ trium vel plures ſimul conſtituantur in locis Magiſterio aptis,in dignitatibus ſuis eſſentialibus non cõbuſti,nec ſub radiis,talis enim vel tales hoc modo poſiti ſignificationem magiſterii obtinebunt.Loca autem ad hanc ſignificationem apta ſunt, 7.1.& 10.

2. Quod ſi nullus horũ ita conſtituitur, conſideretur, vtrũ horũ triũ aliquis ſit dominus ſigni M.C.& in ſua dignitate conſtitutus, nam peregrinus vel in caſu vel in detrimento ſuo improprius erit ad hoc officiũ.

3. Quod ſi neq; hæc conſideratio habet locum,vide,quis illorum trium locum ☽ partiliter aſpiciat. Si plures eam illorum aſpexerint, præferetur melior aſpectus,& ſi plures eodẽ aſpectu intuentur ☽.proferatur aſpectus partiliter platico,& ſiniſter dextro.

4. Si nullus horũ trium partiliter aſpexerit, quemnam illorum ☽ orbis ſui medietate & fortiori radio aſpiciat: isq; erit ſignificator Magiſterii,modo non ſit à maleficis damnatus:iunctus maleficis aut eorum inimicis radiis impeditus:hoc enim modo cõſtitutus reiiciendus erit. Si vero ☽ plures aſpexerit medietate orbis ſui, is ſumatur, quem partiliter aſpexerit.

5. Si omnino nullũ ex his aſpexerit ☽.cape eum, qui horum trium ☉ motu primi mobilis proxime antecedit, atque illi dominium opificii

tribue.

tribue. Hac ratione dominus ſeu ſignificator Magiſterii inquiri debet, nec vlla genitura eſt, quæ non cadat ſub harum regularum aliquã. Fieri autem poteſt, vt iuxta has regulas ſeu conditiones idem Planeta plura teſtimonia habeat, & is plerunque eſt efficacior.

Iam ſi quis volet iudicare, an natus alicuius artis exercitationem ſeu opificium ſit habiturus, qualia ſunt infinita propemodũ in ſocietate vitę humanæ, conſideret ♂ ♀ & ☿. quod ſi illorum aliquis cõſtituatur in locis Magiſterio aptis, vel dominus ſigni M.C. fuerit conſtitutus in dignitatibus ſuis, nullo modo erit ſine exercitatione. Et ſi plures vno ſic conſtituantur, varietatem ſtudiorum, artium & opificiorũ tractabit, ex quibus illa nato erunt frequentiora & magis diuturna, quæ à fortiori Planeta decernuntur. Quod ſi nullus horum per primam & ſecundam regulã dominus Magiſterii erit, ſed per 3.4.& 5. hi plerunque obſcuram & ignobilem artem exercent, eamque tardius & negligentius tractant, aut magis in otio ſine exercitatione inſigni degent.

*De Secundo, videlicet de qualitate Magiſterii.*

Qualitas Magiſterii ſeu artis genus cognoſcitur ex natura & proprietate Planetæ decernentis opificium ex tribus, quos dixi, ♂ ♀ & ☿ & ſigno quod peragrant. Item configuratione eius cum reliquis Planetis, vbi ſemper potior aſpectus eſt præferendus imbecilliori, & ſi duo dominantur magiſterio, fortior imbecilliori anteferatur.

♂ Dominus Magiſterii ad militiam & exercitia militaria animũ nati inclinat; efficiet igitur milites, capitaneos, duces exercituum, præfectos vectigalium, miniſtros Principum aut Rerumpub. præſertim ſi fuerit in themate feliciter collocatus. Si vero mediocriter tantum conſtituitur, artem aliquam ſeu opificium manuarium, quod per ignem & ferrum abſoluitur, decernit. Faciet ergo fabros ferrarios, fuſores, conflatores, tormentarios, lapicidas, chirurgos. Debilis ♂ ignobiliores artes ſignificat, ac natos efficit cocos, foſſores, lignarios, coriarios, milites, cauponas. In ♈ ♌ ♏ venatores, vt in genitura Maximiliani Primi, qui maxime delectatus eſt venationibus.

♀ Domina Magiſterii muſicos efficit, aut muſicæ deditos, præſertim ſi à gubernatore ſigni, quod peragrat, aſpiciatur, aut ſi domina M.C. cõſtituta ſit in Horoſcopo in ſigno ſeu domicilio ♃. aut in proprio domicilio, vel ex iiſdem ſignis recepta. Vt conſtituunt in Leonis X. Pontificis, qui optimus fuit Muſicus. Item efficit aulicos præfectos, pictores pretioſarum veſtium vel gemmarum, inſtitores, pharmacopolas, aromatarios. Eadem efficit, ſi ipſa quidem à dominio Magiſterii aſpexerit. Ita ſi

♀ vel

♀ vel coniuncta eſt vel oppoſita ♂, vel recepta ab eodem ex domicilio vel exaltatione alterutro ſimul dominium Magiſterii obtinente, aut dominium M.C vel Magiſterium aſpiciente, medicos inſignes efficit. Qualis eſt conſtitutio in genitura Cordi, &c.

☿ feliciter conſtitutus ac dominus Magiſterii exiſtens plerunque tales artes ac talia magiſteria exhibet, quorum actiones ingenio & lingua perficiuntur. Præficit natos tribunalibus prætoriis, dicendo iuri, conſignandis publicis rationibus, facit præſides, rectores prouinciarum, cauſarum auditores, iudices, quæſtores, exactores publicæ regiæque pecuniæ, procuratores Regum aut Principum, præceptores ac magiſtros. Si ☿ fuerit mediocriter affectus, mediocres erunt in hoc genere nati artes, erit Geometer, Mathematicus, Scriba publicus, Poeta, negotiator, Notarius, biblipola. Quando debilis eſt ☿. efficit monetarios, ſtatuarios, cuſtodes portarum.

Hæ ſunt naturales ſignificationes Planetarum, ♂ ♀ & ☿. quas tamen varie intendunt aut remittunt; pro ratione configurationis cum Planetis reliquis, videlicet cum ♄. ♃. ☉. Nam pro ratione ſignorum, in quibus conſtituuntur, vt cum Martem ♄ aſpicit, vel eidem coniungitur, omnes ♂ ſignificationes deprauat, efficit pro militibus colonos, pro chirurgis balneatores, coquos, mangones, lictores, &c. Caminarios, itē expurgatores cloacarum.

Si ♂ tem ♃ aſpexerit, omnia à ♂ ſignificata magiſteria præſtantiora, efficit capitaneos, magiſtros Regis, præfectos vectigaliū. Si ♂ aſpexerit ☉. ſimiliter opificia illuſtria decernit, ſed minus quam vbi ♃ aſpiciet.

Eodem modo ſi ♀ vel ☿ aſpexerit ♄ ☉. vel ♃. intenduntur ſignificationes, vel remittuntur pro aſpiciētium natura, vt ☿ magiſterii dominū ♃ aſpiciens, efficit claros oratores, doctos, celebres, cum potentibus viris familiaritatem habentes, iudices, aut in Repub. officia adminiſtrātes, religioſos & religioſis rebus præpoſitos. Cum ☉ eadem fere, ſed minus quam ♃. cum ♄ procuratores, tornatores, figulos, coriarios, ſartores, itē ſomniorum interpretes, ſuperſtitioſos. Si cum ♀ ♄. vtroque male affecto vel alterutro, facit lenones, caupones, textores, &c. de quibus ſupra abūde aliquoties, qualis eſt genitura Mantuani lenonis maximi. Si vero ☿ & ♀ coniunguntur, vel ſimul ius decernendi magiſterium ſortiuntur, natū efficient muſicum, cantorem, tibicinem, compoſitorem inſtrumentorū muſicalium, Poetam, ludimagiſtrum, pictorem, actorem comœdiarum, ac aliorum ludorum Scenicorum, mimum, incantatorem, &c. Siq; ♄ per aſpectum acceſſerit, textorem efficiet, pictorem, vēditorem muſicorum inſtrumentorum, chordarum, & aliarum rerum, quę ad ornatum mulie-

brem & puellarũ delicias pertinent. ♃ vero his iunctus in significatione efficit ꝓpositos reb. publicis, præfectos plebis, institutores puerorũ, &c.

*Signorum proprietates hæ sunt.*

Æquinoctialia vel solstitialia signa, vt ♈.♎.♋.♑. conducunt ad artes, quæ in ingenii contemplatione versantur, vt Geometriæ, Medicinæ, interpretatores agriculturæ. Signa humana, i. e. quorum asterismi vel humanam formam effingunt, vel quæ nomen humanum sunt sortita, Ptolomæo ἀνθρωπομορφα, vt ♊ ♍ ♒ conducunt ad cognitionem istarum artium & scientiarum, quæ hominum proprie sunt, & in communi hominum consuetudine maximum vsum habent

Quadrupedum figuræ, vt ♈.♌.♐. ad mechanicas artes negotiationẽ, architectonicam, metallica. Terrestria & aquatica signa, vt ♉.♑.♋.♏.♓. ad tractandas res, quæ circa aquas versantur, nauticam, fabricationem nauium, salsamenta, herbas.

Ac de genere artis hoc modo à dominatoribus Magisterii & signis, in quibus illi versantur; Denique superiorum Planetarum ad hos configuratione coniectura sumenda est.

*De successu in Magisterio.*

Successus & celebritatem opificii rationaberis ex cõstitutione & fortitudine significatoris seu domini Magisterii: Qui si fuerit potens ratione dignitatum essentialium & ab oppugnationibus maleficorum partilibus & platicis liber, in bono cœli loco, à ☉ orientalis, efficit natum in suo magisterio felicem ac celebrem artificem, aliis in simili magisterio constitutis antecedentem, & publica opinione artisq; industria clarum. Si debilis fuerit significator, occidentalis à ☉ aut à maleficis afflictus, aut cadens ab angulo, ignobilem in sua arte natum faciet, aliis subiectum, contemptum ac negligentem, atque idcirco parum lucri vel celebritatis inde reportantem, sed facile in aliorum reprehensionem incurrentem. Quando per se quidem fortis est significator in dignitatibus nimirum essentialibus, sed à maleficis partiliter affligitur, fortunam quidem ac felicitatem nato officii sui pollicetur, sed multis difficultatibus & aduersitatibus expositam: Ac ♄ dominum magisterii affligente impedimenta illa à rebus & personis Saturninis orientur: aut à propria timiditate, desperatione, ignauia, imbecillitate, ♂ vero lędente propter temeritatem, propter manifestam violentiam aliquam per ignem & incendium. Et vtroque scilicet malefico dominum magisterii lædente, maximæ & multiplices denotantur aduersitates, quas superare etiam propria diligẽtia aut industria vix aut omnino non poterit.

Exem-

*Exemplum propositæ genituræ.*

In hac genitura proposita nõ vnicus tantũ eſt magiſterii ſignificator, præſertim cũ omnes tres conſtituantur in Horoſcopo & loco idoneo ad hanc ſignificationem: ſed cum ♂ ſit peregrinus, eum omittemus. Principalis ſignificatrix eſt ♀. cum & ea domina genituræ conſtituatur, participem aſſumens ☿. Hæc itaq; ♀ cum in ſigno aquatico ſeu terreſtri conſtituatur, nato quandam inclinationem largitur ad cognitionem herbarũ & medicamenta, item ad muſicam & alias res venereas. Particeps ☿ in ſigno Horoſcopi intercepto æquinoctiali, inclinat animũ nati ad illas artes & ſtudia, quæ in contemplationibus ingenii potiſſimum verſantur. vt ad philoſophiam: nam ad vſum humanæ vitæ & eius exædificationem potiſſimum pertinent. Et nõ dubium eſt natum futurum medicis rebus deditum, ſiquidem ♀ ✶ radio aſpicit ♂. quemadmodum etiam Muſicæ deditum vel ipſum Muſicum, arguitq; eum Cytharę pulſum addiſcere in iuuentute. Porro in ſuo magiſterio natus erit felix ac fortunatus, cum videlicet ♀ in ſua dignitate eſſentiali verſetur, & à maleficorum læſionibus libera ſit, neque etiam quicquam mali ſentiat, cum eadem in bono cœli loco, videlicet domo prima oriẽtalis à ☉ & aliquibus aliis etiam ✶ fauſtis fulciatur.

## DOMVS VNDECIMA DE AMICIS.

Ex 11. domo præcipue iudicatur de amicis & familiaritatibus. Solent autem in hoc iudicio tria Aſtrologi præcipue conſiderare. 1. An habiturus ſit natus amicos. 2. Quales. 3. Conſtantiam qualem.

*De prima hoc modo quæritur: An natus ſit habiturus amicos.*

In hoc iudicio primo conſiderentur Planetæ conſtituti in 11. & 1. domo. 2. cum in his nullus Planeta conſtituitur, conſiderãdus eſt dominus primæ. 3. Dominus 11. ſiue in ſigno culminante, ſiue in intercepto hęrẽt. Hiq; ſignificatores erunt aut benefici, aut malefici, aut mediocres. Benefici, vt ♃ & ♀. bene in illis locis affecti fortes & in genere decernũt multorum amicitiam & familiaritatem ſinceram atque vtilem nato. Idem decernunt ☊ & ☽. præſertim in ♊. ♓. ♋. ♉. ♎. ♌. Sin male affecti fuerint benefici, mediocritatem huius rei ſignificant, partim amicos ſinceros, partim fucatos, idem decernit ☊ in ♐. ♍. ♑. ♏. ♈. ♒. His quoq; adiungenda eſt ⊕.

Malefici Saturnus & Mars in illis locis fortes, multos quidem amicos decernunt, ſed maiori ex parte fucatos. Si ſint debiles, paucos & eos fucatos, item infidos. Hic æquiparantur ☋ excepto Marte cum quo

 conſti-

constituta par est maleficis potentibus. Mediocres vt ☉.☽.☿.⊕ in 11. vel 1. bene affecti, multitudinem amicorum decernunt fidelium, tamen magis male affecti, paucitatem amicorum, & plerosque infidos & instabiles. Si plures diuersæ naturæ in illis constituti fuerint, mixturam significant & amicorum diuersitatem, sed principale iudicium sumitur à potentiore Planeta.

*Qualitates amicorum.*

Qualitas amicorum cognoscitur ex Planetis significatoribus amicorum, id est, iis, qui in 11. vel 1. constituuntur, ac eo, qui 11. imperat. Quales autem homines Planetæ singuli significent, aliquoties hactenus est ostensum.

♄ Dominus vndecimæ vel in vndecima aut prima ostendit amicos nati futuros homines Saturninos, senes, agricolas, nautas, architectos, metallicos, lapicidas, sutores, figulos, austeros homines, taciturnos, solitarios.

♃ Ecclesiasticos homines, religiosos, auctoritate præstantes, aulicos, iurisperitos, diuites, præclaros, prouinciarum præfectos.

♂ homines militares, capitaneos, duces, rixosos, contentiosos, pugnaces, chirurgos, fabros, Alchimistas, superbos, audaces, in igne laborantes.

☉ Reges, nobiles, claros, Magistratus gerentes.

♀ Musicos, Poetas, pharmacopolas, pictores, textores, aromatarios, vrbanos, honestos, lætos, voluptatibus deditos, cantores, sculptores, lusores, &c.

☿ Homines doctos, ingeniosos, præstantes, artifices, Mathematicos, inconstantes.

☽ Nautas, viduas, matronas nobiles, legatos, nuntios, piscatores, balneatores, nouarum rerum cupidos, homines inconstantes.

De Tertio.

Constantia amicorum cognoscitur ex natura signi, quod vndecimæ domus cuspidem obtinet. Illud enim est aut fixum, aut cõmune, aut mobile. Fixum signum amicitias firmas & indissolubiles; mobile autem amicitias inconstantes & leui modo dissoluendas; commune mediocres significat.

*Exemplum propositæ geniture.*

Significatores amicitiarum sunt ♄ dominus vndecimæ ☋ applicãs ad 11. licet constituatur in 10. 2. ♀ in prima domo. ☿ item & ☉. item ⊕ in domo 1. in signo intercepto. Et cum plures in hoc iudicio amicitiarum significatores concurrant, varietas quoque erit amicorum, id est, habet partim

partim fidos, partim infidos. Et cum ♀ sit fortissima, erunt etiam huius amici potissimum Venerei homines, id est, Musici, Poetæ, amatores, lusores, vrbani, læti, corrupti, mulierosi, glauci, &c. Nec dubium est eos futuros constãtes, cum iuxta regulam traditam signum vndecimæ domus sit ♒ fixum & solstitiale.

## Domvs Dvodecima de Inimicis & captiuitatibus.

In hoc iudicio domus duodecimæ hæc duo inprimis considerantur, videlicet inimicitiæ & captiuitates, vt huius domicilii signa generalia, de his quoque breuiter agemus.

### De Inimicitiis.

Significatores inimicitiarũ sunt, 1. Domus 12. 2. Dominus septimæ domus. 3. Planeta vel Planetæ in septima vel duodecima. 4. Planeta vel Planetæ luminaria ☍ radio aspicientes. Ex horum significatorum consideratione hæ tres circumstantiæ diiudicari possunt, 1. An natus sit habiturus inimicos nullos, multos vel paucos. 2. Quales homines sint futuri inimici nati. 3. An magna eorum futura potentia, an vero contra debiles futuri sint & viles, quorum inimicitias negligere natus absque detrimento possit.

De primo.

An natus habiturus sit inimicos multos vel paucos, cognoscitur ex multitudine vel paucitate Planetarum in dictis locis duodecima nimirũ & septima existentium & luminaribus oppositorum. Si enim plures Planetæ in his duabus domibus versantur, aut luminaribus opponuntur, inimicorum multitudinem significant. Contra inimici pauci denotãtur, quando pauci Planetæ in his locis versantur, aut luminaribus opponuntur. Quando nulli Planetæ in his duobus locis hærent, nulli etiam luminaribus opponũtur, omne de inimicis nati iudicium ex dominis horum locorum sumendum est, ac in tali casu admodum pauci inimici decernuntur.

Cautela.

Quando tamen Almuthen primæ in duodecima vel Almuthen duodecimæ in prima: Item quando Almuthen septimæ in 1. vel econtra primæ in septima constituitur, plurimos inimicos designat, etiamsi nulli præterea Planetæ constituantur aut luminaribus opponantur.

De secundo.

Hoc iudicium sumitur à natura Planetarũ, qui in septima aut 12. sunt

constituti. Deinde signorum 12. & 7. dominis vel luminaribus oppositorum, quando videlicet nulli significatores in domibus reperiuntur. Hic autem, quod de significationib. Planetarum sępe dictum, hoc tantũ monebo, quod sæpe fiat, vt vnus & idem Planeta amicos & inimicos significet, vt cum dominus 11. est & corpore in 12. constituitur, vel etiã 7. quando itaq; hoc accidit, indicio est tales homines, qui ab hoc Planeta significantur, partim amicos nati, partim inimicos futuros, plures tamẽ ex hominibus talib. amici nati erunt, quando Planeta is in 11. cõstituitur aut 12. aut 7. imperat. Econtra plures ex his inimici erunt, quãdo corpore in 12. aut 7. Planeta is hæret, aut in 11. dominium solum obtinet, semper enim plus valet atque efficacior est significatio, quæ à præsente aliquo in loco Planeta desumitur, quam quæ à dominio absentis Planetę dependet. Pro discrimine etiam inimicorum constituendo obseruetur, Planetas in 7. & dominiũ 7. obtinentes, item Planetas luminaribus oppositos significare inimicos apertos, in 12. vero hærentes Planetas aut dominium obtinentes etiam 12. denotare inimicos occultos.

De tertio.

Potentia inimicorum ratiocinari potest. 1. A natura Planetarum, qui decernunt inimicos. 2. A loco figuræ cœlestis, in quo constituuntur. 3. A fortitudine eorum ratione dignitatum essentialium. Benigni significant fortes inimicos, maligni viles & obscuros. Tam maligni quam benigni si fuerint in angulis potentes, in succedentibus mediocres, in cadentibus viles hostes decernunt. Eodem modo constituti in essentialib. dignitatibus præcipuis potentes hostes significant. Peregrini & in suis detrimentis vel casibus obscuros, in triplicitatibus terminis mediocres hostes. Ex collectione itaque harum trium conditionum potentia seu obscuritas colligitur inimicorum.

## De Victoria.

Victoria, id est, vtrum natus suos inimicos vel aduersarios vincat aut ab aliis vincatur, his regulis iudicari potest.

1. Dominus domus vel exaltationis 7. in 10. aut contra 10. in 7. manifestam victoriam nato ab inimicis & aduersariis pollicetur. Similiter dominus 12. vel exaltationis eius, aut dominus 10. 12. occupans, modo nõ sit in domicilio maligni Planetæ, manifestam victoriam decernit. Quales sunt natiuitates Francisci Regis Galliarum, & Mauritii Ducis & Electoris Saxoniæ, in quibus ♄. 7. domus dominus parum à cuspide 10. domus abest, itaq; aliquot insignibus victoriis est clarus.

2. Dominus 12. retrogradus aut in suo detrimẽto vel casu, vel in sexta similiter victoriam significat, euidentiorẽ tamen effectum sciemus, quã-

do vt

do vt dominus Horoſcopi in bono cœli loco fuerit cõſtitutus. Vt in genitura Maximiliani Primi Imperatoris ☿ dominus 12. in eſsẽtiali dignitate ♂ retrogradus cum ☉ multas præclaras victorias ei ſignificauit.

3. Luminaria, præſertim conditionarium, in primis vero ☉ de die, & ☽ de nocte, ſi conſtituantur in eſſentiali dignitate ♂. aut ſint cum eo in ſignis permutatis, extra domum tamen 8. (id eſt, vt luminare nõ ſit conſtitutum in 8. domo & eſſentiali dignitate ♂) decernit manifeſtã victoriam. Vt in genitura iam dicti Imperatoris Maximiliani; Luminare conditionarium ☉ à ♂ ex domicilio recipitur ☽ ſimul, alterum ♂ domicilium ♏ tenente, quare victoriæ ſignificata in iſta genitura ſunt triplicata.

4. Idem ſignificat ♂ circumdans alterum luminare, in primis vero conditionarium, fortis & bene affectus, victoriam pollicetur. Sed hæc conſtitutio pręcedentib. eſt debilior. Præcipuus autẽ huius doctrinę vſus eſt in geniturarũ collatione, quare duorũ hoſtiũ collationẽ inſtituemus.

Cum duo hoſtes in ſuis genituris vterque habuerit victoriæ ſignificationes, conſidera vter plura & euidentiora victoriæ & fortunæ ſigna in ſua geneſi habuerit: penes hunc enim plerunq; victoria ſtabit. Vt in genituris duabus Caroli Quinti & Ioãnis Friderici I. Electoris, ſigna victoriæ iuxta has regulas iam expoſitas, in illa tamen manifeſtiora, in hac obſcuriora. Nam Carolus Quintus habuit alterum receptum luminare à ♂ ex angulis: Ioannes Fridericus I. dominum 12. domus in ſuo detrimẽto & domo 7. Ad hæc etiam accedit felicior cõſtitutio Planetarum in genitura Caroli V. quam Friderici Electoris. Carolus V. habuit alterũ luminare receptum ex altitudine; & ☉ coniunctum cum beneficis Planetis, quorum vterq; fuit in ſuis dignitatib. eſſentialib. & in ſigno aqueo, quod ratione △ illius, qui tum viguit, efficaciſſimum fuit, deniq; etiam in bono cœli loco. Ioannes Fridericus tres Planetas in ſuo detrimento & vnum prorſus peregrinum, & fere etiam in 7. quæ eſt inimicitiarum etiã. Cum itaque geneſis Caroli V. multo potentior ſit altera, itaq; etiam manifeſtiora ſigna victoriæ habeat, facile optimum Principem vincere potuit. Idem quoque iudicium ſit de reliquis.

*Exemplum propoſitæ genituræ.*

Significatores in propoſita genitura inimicitiarum ſunt, vt 1. ♄ dominus 12. 2. ☿ dominus 7. 3. ♄ ☽æ oppoſitus, neque etiam aliqui in 12. hęrent, neq; vt in 7. aliquis conſtituitur: pronuncio itaq; aliquos hunc natum habiturum inimicos, non tamen multos, præſertim cum ♄ debilis ſit & retrogradus, ſed bis in hoc iudicio adhibeatur, eſt enim dominus duodecimæ, & ſimul alterum luminare ☍ radio affligit, quod eſt luminare conditionarium, & reuera ab illis aliquid periculi imminebit, cum

cum ab his tanquam occultis & tectis cauere ſibi vix poſſit. Erunt autem potiſſimum amici illi Saturnini, pauci Mercuriales, de quibus etiam nihil dicam, & ratione ♄ habebit ſenes, agricolas, agricolarum filios Saturninos, nautas, architectos, metallarios, lapicidas, ſutores, figulos, auſteros homines, taciturnos, ſolitarios. Quod ad potentiam eorum attinet, colligemus iudicium ſignificatorum omnium, ♄ retrogradus viles & abiectos ratione ſuæ naturæ itidem viles & debiles; ratione quoq; domus octauæ debiles hoſtes decernit. ☽ fortis quidem fortes, ſed obſeſſa à maleficorum altero & occidentalis etiam debiles decernit, & cum debilitatis teſtimonia fortitudinum vincant, vt dictum eſt, vilitas quoque ac debilitas inimicorum decernitur. Victoriæ ſigna ſic transgredimur, cum aliàs in noſtris natiuitatibus huius pondus ſit exiguum.

## De cognoscenda Benevolentia Mutua aut diſſidio inter duos priuatos ex iiſdem genituris.

Hoc iudicium ex geniturarum collatione deprehenditur. Certum enim eſt beneuolentiam hominum mutuam ex ſimilitudine ac conuenientia temperamẽtorum ac ingeniorum; diſſidia vero ex eorundem naturali diſcrepantia oriri. Temperamentis autem præficiuntur Horoſcopus & Planetę in Horoſcopo conſtituti ſeu verſantes; vel odium naturale inter duos homines diiudicare, aſpicienda eſt prima domus eiusq; dominus & Planetæ qui in hac verſantur. Antequã autem hac de re regulas tradam, prius, qui Planetæ inter ſe amici vel inimici dicantur, oſtendam.

Amici ♄ ſunt ♃ ☉ ☽. inimici ♂ & ♀ magis tamen ♀.
Amici ♃ ſunt omnes Planetæ, excepto ♂.
Amici ♂ ſunt ♀. tantum, reliqui omnes inimici, magis tamẽ ♃ & ☉.
Amici ☉ ſunt ♃ & ♀. inimici ♂ ☿ ☽.
Amici ♀ ſunt omnes præter ♄.
Amici ☿ ſunt ♄ ♃ ♀. Inimici ☉ ☽ ♂.
Amici ☽ ſunt ♄ ♃ ♀. Inimici ♂ ☿.
Amici ☋ ſunt ♄ ♂. Inimici ☉ ♃ ☽ ♀.
Amici ☊ ſunt omnes Planetæ.

Pro beneuolentia ergo cognoſcenda ordine conſidera has regulas.

1. Quando vnus & idem Planeta in vtriuſq; geneſeos Horoſcopo cõſtituitur, mutuam beneuolentiam & amorem excitat. Cum enim Planeta in Horoſcopo hærens morum & temperamenti ſignificator exiſtit, fit vt vnus & idem Planeta in vtriuſque Horoſcopo conſtitutus morum ac temperamenti ſimilitudinem intus afficiat, quæ poſtea morum ſimilitudo amicitiæ conſeruatrix & conformatrix eſt.

2. Firma

2. Firma vt & cõſtans amicitia ſignificatur & amor ſincerus inter homines, tales in quorũ genituris vnus & idem Planeta dominus aſcendentium exiſtit. Huius regulæ eadem eſt ratio, quæ præcedentis.

3. Quando non conſtituitur vnus & idem Planeta in vtriuſque aſcendente, ſed diuerſi, vide vtrum amici inter ſe hi Planetæ & radio benigno ſeſe mutuo contueantur: an vero inimici ſint, & hoſtilibus radiis ſeſe inuicem infeſtẽt. Si enim amici ſunt illi Planetæ, amicitiam mutuam & beneuolentiam ſignificant; ſi vero inimici ſunt, diſſidia & animorum alienationes efficiunt. Quando vero plures in Horoſcopo verſantur diuerſarum naturarum Planetę, vel vnius vel vtriuſq; genituræ, elige inter eos fortiſſimum, ac ſecũdum naturam eius iuxta iam traditas regulas iudica.

4. Quando nullus Planeta in Horoſcopo conſtituitur, neque vnus Planeta deniq; Horoſcopi in vtraq; genitura eſt dominus, conſidera an domini Horoſcopi, ſiue ſint eiuſdem naturę ſiue diuerſarum, ſeſe mutuo ex domiciliis vel exaltationibus recipiant in ſignis amico aſpectu, vt ✱ vel △ ſeſe aſpicientibus. Nam & hæc conſtitutio amicitiam ſinceram ac familiaritatem dulcem ac conſtantem efficit, eoq; magis, quando amici inuicem tales Planetæ exiſtunt. Quando inimici ſunt tales Planetæ, attamen amico radio ſeſe contuentur extra receptionem ex dignitatibus eſſentialibus, concordia quidem ſignificatur & amor mutuus, tamen non adeo ſincerus nec ita conſtans. Sincerior tamen ab eo cuius Horoſcopi dominus eſt Planeta malignus.

Præterea quando nulli Planetæ in Horoſcopo cõſtituuntur, Ptolom. Aphoriſ. 33. Centiloq. conſiderare iubet loca luminarium, nam ſi ea in vtraque genitura vnum ſignum obtinent, aut ſeſe mutuo ex dignitatibus eſſentialibus recipiunt, vel radio amico intuentur, ita tamen vt vtrunq; ſit in ſignis imperantibus, vel vtrunq; in ſignis obedientibus, amorẽ firmum, beneuolentiam ſinceram, & morum conuenientiam mirabilem excitant.

Quando vero luminarium alterum obediens, alterum imperans ſignũ occupat, is qui in obediente ſigno luminare occupatum habet, veluti parẽtem venerabitur, amicitiamq; colet multo ſinceriorem, alteri vero, cui in ſigno imperante luminare conſtituitur, cum præeminere ſemper cupiet, minus ſinceram beneuolentiam erga alterum exercebit.

## De Dissidio.

Vbi autem domini aſcendentium in ſeparatis fuerint aut ſeſe mutuo hoſtili radio aſpexerint, inter tales difficulter cõuenit, & alienati animis diuturna odia & ſimultates alunt, eoque magis, quo partilior fuerit maleficus

leficus aſpectus. Et qui maligniorem Horoſcopi Dominum habuerit, is maiorem cauſam diſſidii & odii præbebit, & magis premet alterum. Atq; in eo ſimiliter plus valet aſpectus ſiniſter quam dexter. Quales ſunt conſtitutiones in genituris Alexandri; Sixti Hiſpani Pontificis, & Iulii II. Pontificis, qui ſummum odium inter ſe, vt Gauricus ſcribit, exercuerũt. In eorum ſiquidem genituris domini Horoſcopi fuerũt omnino diuerſarum naturarum & in ſignis ſeparatis. ♀ enim Horoſcopi domina in genitura Iulii fuit in ♊. ♄ vero dominus Horoſcopi in Alexãdri in ♑. quæ duo ſigna nullo aſpectu copulantur.

### De Captivitatibvs.

Iudicium de captiuitatibus in genere ſumitur à Planetis in 7. ac 12. domo hærentibus, aut 12. aut 7. imperantibus, & à maleficis partiliter afflictis, inprimis tamen à luminaribus hæc duo loca occupantibus & læſis. Speciales autem regulæ in hoc iudicio multo ſunt euidentiores & certiores, quales aliquot ordine recitabo.

1. Luminare alterum in 12. partiliter alteri maleficorum iunctum, ſi debile fuerit, captiuitatẽ ſignificat. Vt in genitura Chriſtiani Regis Daniæ, nati anno 1481. H. 8. 15′. A. M. ♂ ☉ in 12. in ♋ iungitur. Captus eſt à Duce Holſatiæ & maritimis ciuitatib. Saxoniæ, ac in cuſtodia annos 27. habitus, in qua etiam anno ætatis 78. eſt mortuus.

2. Dominus 12. domus in eſſentiali dignitate ♂ & angulum occidẽtis occupans, à maleficis partiliter læſus etiam captiuitatem minatur.

3. Luminare alterutrum læſum ab altero maleficorum in angulo ☌ ☍. vel □. ita vt luminarium vtrunque vel alterutrum, ſiue quod læditur à malefico, ſiue quod liberum eſt, conſtituatur in domibus maleficorum, vtpote ♈. ♏. ♑. ♒. ♎. aut in ſignis, quæ violentas ſtellas habent, vt ſunt ♉. ♊. ♋. ♐. aut altera ex maleficis in ♋. ♌. vel oppoſitis ſignis, carcerẽ vel captiuitatem minantur. Innumera ſunt exempla talis poſitus, in genituris etiam maximorum Principum. Maximiliano Imperatori ☉ in angulo occidentis à ♄ □ aſpectu ex imo cœli læſus vtroq; luminari in domib. ♂. ac ♂ in ♌ conſtituto captiuitatem ſignificat, quę ei adoleſcenti Brugis apud Belgas à ſuis ſubditis per ſeditionem contigit, Anno Chriſti 1487. ætatis 27. cum Horoſcopus peruenit ad ☍ ☿. qui eſt dominus 12. domus. Philippo Landgrauio Haſſiæ ☽ in ♒ in imo cœli à ♄ in ♌. ex M. C. infeſtata captiuitatem ſignificabat, in quam incidit anno 1547. poſt cõfectum bellum Smalcaldicum in Salinis Saxonicis ab Imperatore Carolo V.

### Cautio.

Porro quæ de luminaribus & maleficis dicta ſunt, ea hac conditione intel-

intelligi debent, si non in suis dignitatibus principalibus constituantur, aut si cum beneficis in signis permutatis: hoc modo enim si ponãtur, periculum captiuitatis duntaxat afferunt.

4. ♄ vel ♂ occupans septimam vel 12. in ♈.♏.♉.♑.♌.♋. & alterum luminare ab eo vel ♄ læsum aspectu platico vel partili, carcerẽ vel captiuitatem minatur. Ita constituitur in themate Illustrissimi Principis Alberti Marchionis Ducis Brandenburgici, ♂ enim in ♈. in 7. ☉i platice coniungitur, captus est anno 1547. die 2. Martii à Ioanne Friderico Electore.

5. ♄ vel ♂ radio □ vel ☍ vel etiam ☌ extra domicilium, exaltationem aut receptionem ex his beneficorum aut luminarium, si alteruter eorum directus sit vel vterque, & dominium 12. aut 7. domus principio sibi vendicet, captiuitatem portendit, eoque certius, si simul alterum luminare ab altero maleficorum fuerit læsum. Quod si talis constitutio in angulos incidat, violenti aliquid portendit; vt in genitura Iulii Æstensis ♂ in 6. in ♏ □ radio affligit ♄. in 11. hærentem, ita vt ipse ♂ dominium in 12. sibi vendicet, ac radio □ vtrumque luminare, ♄ vero alterum luminare ☌. alterum ☍ partili affligit, vixit in carceribus per annos 36. in iisdem etiam finem tandem vitæ finiit.

6. Dominus 12. domus in suo detrimento vel casu partiliter vel platice læsus à maleficis, carceres portendit. Huius regulæ exemplum præbet genesis Victorini Strigelii, nati anno 1524. die 26. Septemb. hora 4. P.M. In hac enim ☿ 12. domus dominus in suo detrimento à ♄ partiliter affligitur □ radio, læsus versabatur in domo 6. quæ constitutio ipsi captiuitatem minata est, acciditq; ei Ienæ anno 1559. ætatis 39. currente, cum M. C. directio ad □ ☽æ, Horoscopus ad terminum domini 12, perfectio vero ad 12. domum ad ☿ii ☍ & □ ♄ peruenisset.

*Exemplum propositæ genituræ.*

Hæc proposita genitura congruit ad tertiam regulam. Alterum siquidem luminare vt conditionarium læditur ab ambob. maleficis à ♄ ex opposito, à ♂ ☌. altero quoq; videlicet ☉. in essentiali alterius malefici dignitate constituto. Altero similiter in 12. dominium obtinente, & altero in 8. alterius dominio constituto, quæ cõstitutio efficiet, vt hic natus vix captiuitatem effugiat, siquidem & aliarum regularum significata huc quadrant; nisi ✶ ♀ faustus impediuerit.

## Domus octava de Morte.

Reliqua est consideratio de morte, quæ duplex est: Naturalis & violenta; nam repentina mors est veluti medium quoddam inter naturalem & violentam. Primum autem trademus aphorismos de morte violenta, quibus cognitis, facile est de naturali aut repentina ratiocinari.

1. Ambo luminaria in ſignis violentis diuerſis non contiguis violentam mortem portendunt. Violenta ſigna ſunt ♈.♎.♏.♑.♒. ſic dicta, quod malefici Planetæ dominium vel exaltationem in eis habeant.

2. Vtrunq; luminare cum ſtellis fixis violentis intra diſtantiam quinque graduum ante vel poſt violentam mortem minatur. Stellæ fixæ violentæ ſunt, oculus ♉ eſt in 4°. fere ♊. caput Meduſæ in 20°.♉. Hercules in 17°.♋. Cor ♏ in 3°.♐.

Cautela.

Hæ duæ regulę tunc ratæ ſunt & effectum habent, cum dominus Horoſcopi vel octauæ domus alteri luminarium corpore iungitur, vel cum luminare alterutrum dominium ſibi in prima vel octaua vendicet, aut corpore ab eodem afflictum exiſtat. Hieronymus Saphanorolla combuſtus Florentiæ iuſſu Pontificis ob religionem Anno 1498. vtrunque luminare in ſignis violentis, Solem in ♎. ☽ in ♑ iunctum, dominũ aſcendentis in 10. domo habuit.

3. Alterum luminare in ſignis violentis, alterum cum ſtella fixa violenta, mortem violentam ſignificat, ſed in hoc caſu neceſſe eſt, vt ſimul malefica altera luminare alterutrum aut dominum octauæ infeſtet. Galeas Stortio Dux Mediolanenſis, qui anno ætatis ſuæ 33. multis fuit confoſſus vulneribus, habuit ☽ cum corde ♏ à ♄ oppoſito platice damnatã & ☉em in ♒ ☍ ♂ afflictum.

4. Ambo luminaria ab vtroque malefico læſa, ita vt Almuthen maleficorum in ſigno violento, vel cum ſtella fixa violenta cõſtituatur, mortem violentam portendunt. Similiter cum ambo luminaria ab vno duntaxat malefico infeſtantur, altero maleficorum læſo vel in ſigno violento verſante, ac dominium in 8. domo obtinente. Talis eſt conſtitutio Iohannis Schonitz, qui iuſſu Epiſcopi Hallenſis olim fuit ſuſpenſus, anno 1535. die 21. Iunii. Nam ♂ cum oculo ♉ platice affligebat ☉. ♄ vero partiliter ☽ ♄ ſimul in ſigno violento exiſtente, & octauæ domui imperãte. Henrico Regi Galliæ, qui ex haſtiludio mortuus eſt, vulnere videlicet accepto, fuit vtrunque luminare læſum à maleficis, luminaribus & altero maleficorum in ſignis violentis conſtitutis.

5. ♄ & ♂ cõiuncti in angulis, inprimis vero in angulo M. C. in ſigno violento, vel cum ſtella fixa violẽta, vel alterutrum luminare, vel vtrunque hoſtiliter infeſtantes, mortem violentam minantur. Idem facit ☌ ☍ vel □ maleficorum mutuus, in aliis quam violentis ſignis, altero eorum dominium octauæ domus ſibi vendicante, aut corpore in ea præſente, aut luminare alterutrum infeſtante in ſigno violento. Mantuanus leno inſignis, qui fuit forpicibus candentibus laceratus, deinde ab equis in 4.

parte

partes discerptus, maleficos oppositos habuit ex angulis, violẽtis signis, vtroque tamen simul dominum octauæ affligente.

6. Maleficus Planeta in octaua & dominus octauæ læsus à malefico aut natura sua maleficus existens in signo violento, ambobus luminaribus aut eorum alterutro læso, aut in signo violento constituto, violentã portẽdit mortem. Laurentius Medicus habuit ♄ in octaua domo retrogradum & affligentem ☽. Dominum vero octauæ ♂ natura maleficum & in signo violento constitutum ac ☉ impedientem. Fuit igitur ob interfectum consobrinum Alexandrum Venetiis decollatus.

7. Dominus octauæ in Horoscopo in suo detrimento vel casu vel cũ stella fixa violenta, alterutro luminarium à maleficis infestato, violenta morte perituros significat. 2. Idem decernit dominus octauæ in suo detrimento vel casu, læsus ab altero maleficorum, altero in signo violento posito. Ad hanc regulam accommodo exemplum Stadii in Ephemeridibus de Ludouico Bredezodio, qui interfectus est in prælio contra Gallos anno 1557. Habuit enim dominum octauæ domus in suo detrimento, ac simul alterum luminare affligentem.

8. Dominus Horoscopi in signo violento, vel cum stella fixa violenta, vel à maleficis infestatus, & dispositore luminaris conditionarii similiter in signo violento, vel cum stella fixa violenta, vel à maleficis afflicto, violentam mortem significat. Sed in hoc casu necesse est aut dominum Horoscopi, aut dispositorem luminaris conditionarii vtroque incõmodo laborare. Si alter vero tantum laboret excepto eo casu, vterq; est maleficus. Si alter beneficus fuerit, alter maleficus, oportet beneficũ duplici incommodo laborare, id est, in signo violento esse, vel cum stella fixa violenta, & afflictum à maleficis, maleficum autem in signo violento aut ab alterutro maleficorum afflictũ. Huius aphorismi exempla passim reperiuntur. Talis est genitura Caroli Burgundiæ Ducis, qui occubuit anno 1476. ab Heluetiis superatus. Dominus horoscopi ☿ in ♎ signo violento, & dispositor luminaris conditionarii sc. ♂. vtroque incommodo laborabat, id est, in signo violento, & simul à malefico alterutro afflictus erat.

9. Dominus Horoscopi in ♉ maleficus & damnatus, vel alterutrũ vnũ luminare affligens, morte violenta natum peliturũ significat. Quod si nõ sit natura maleficus, attamen in signo violento & damnatus maleficorũ inimico aspectu, perinde est. Ad hãc regulã congruit thema Ioannis Regiomontani, qui Romæ dum versatus, eo accersitus à Pontifice Sixto, & liberius versionem Trapezuntii μεγάλης συντάξεως taxat Ptolomęi, & errata in Commentarium & reprehensiones Theonis refutat, datum est

 ei ve-

ei venenum à Trapezuntii filiis. Habuit enim dominum Horoſcopi ♂ vna cum luminaribus in 8.domo natura maleficum,& à ♄ damnatum.

10. Domini 8. & 1. domus, vtriuſque luminaris diſpoſitores, altero eorum verſante in ſuo detrimento vel caſu,altero natura malefico & damnante alterum luminare conſtitutum in ſigno violento,violentę mortis exitum portendũt. Ad hanc regulam congruit geneſis Mauritii Electoris,is enim primæ domus dominum ♂ natura maleficum & diſpoſitorem ☉is in ſuo caſu,ac ipſum ☉ affligentem habuit. Dominus 8.domus ☿ in ſuo detrimẽto ac caſu fuit diſpoſitor ☽æ,quæ conſtitutio mortem violentam ei attulit.

11. ☽ in ſeptima in ſignis,quæ violentas ſtellas habent,vtpote ♉.♊.♋.♐ & à ☉ inimico radio infeſtata, & maligno Planeta octauam domum occupante,aut ſaltem dominium 8.ſibi vendicante, ita vt ſimul ſignum violentum occupet,ſimiliter violentæ mortis indicium præbet. Baptiſta Cardanus Hieronymi Cardani filius fuit decollatus, habuit ☽ in 7.in ſigno ♊.quod oculum ♉.ſtellam fixam violentam habet,vtroque malefico ſimul in 8.exiſtente.Ab his aphoriſmis ſingulis violentæ mortis iudicia ſatis certa ſumuntur.Fieri autem poteſt,vt nõ tantum vnus, ſed plures ſimul ad eandem natiuitatem accommodari poſſint, id vbi fit,eo triſtius eſt ac euidentius,ac certius mortis violentæ ſignum. Obiter igitur hoc obſeruandũm eſt,certiorem de morte violenta ſignificationem prębere luminaria vtraq; in genitura afflicta, quando regula vnius tantum afflicti,ac à maleficis læſi mentionem facit.Item quando vterque maleficorum luminaria lædit,regula autem ab vnico duntaxat malefico affligi ea debere pronunciat.

*Exceptio.*

Omnium harum regularum generalis & cõmunis eſt exceptio,quę omnib. regulis etiã, cum plures ad vnam aliquã geniturã congruũt, derogat,videlicet beneficorũ Planetarũ,alterius in 8.alterius in 1.conſtitutio.

*Genus mortis violentæ.*

Genus mortis violentæ ſumitur à Planeta malefico, qui grauius lædit ſignificatores, aut pręcipuã auctoritatẽ &vim habet ſignificatorũ mortis & vitæ,videlicet luminariũ domini horoſcopi,vel domini ſigni,& interdũ domus cœleſtis in qua verſatur,vel maleficus lędẽs,vel ſignificator afflictus.♄ igitur ſignificator rõe ſuæ naturę mortẽ violentã ſignificat,ex caſu vel ruina,ſuffocatione,ſubmerſione,ſtrangulatione, naufragio, venenis. ♂ ratione ſuæ naturæ mortem violentam ex ferro, igne,fulmine,globo bõbardario,laceratione beſtiarũ,ictu vel diſcerptione equorũ.

Signa ignea ♈.♌.♐. ex igne,fulmine,bombarda.

Aquea

Aquea, ex submersione.

Terrea, ex ruina alicuius ædificii.

Aerea, ex strangulatione, casu, vel alio præcipitio mortem violentam decernunt.

Humana signa, vt ♊. ♍. ♐. prior pars ab homine per externam vim & arma mortem orituram violentam significat.

Venenata signa, vt ♏. veneno.

Signa quadrupedum formam referentia, vt ♉. ♈. ♌. posterior pars, & ♑. ab animalibus ferocibus, vt equis, bestiis, canibus, mortem violentam orituram significant.

Quales quælibet domus habeat significatores, supra aliquoties est indicatum. Naturā ergo Planetæ affligentis luminare, aut dominū Horoscopi diligenter cum signi & domus, in qua maleficus affligens & lęsus significator hærent, significationib. permisce, & iudicium de mortis violentæ genere constituatur. Quando malefici natura cū signi natura congruit, genus mortis violentæ facile agnoscitur, vt cū ♂ qui natura calidus est, in signo igneo constituitur, vel luminare in signo igneo affligit, violenta mors per ignem aut bombardam euidenter significatur. Sic quando ♄ læsionis auctor est, ac in signo aqueo constituitur, ex submersione, aut suffocatione in aquis.

Quando aūt ♄ ex M.C. luminari cōditionario ex signo terreo opponitur, aut alio modo id affligit, ex ædificiorū ruina natū interiturū indicat. Si in aereo signo cōstituitur, ex casu ab alto, aut strāgulatione mortē adfert; ♂ vtplurimū ab extrema violentia, & per homines oriturū malū denotat. Cum ergo in aereo cōstituitur, perinde vt ♄ strangulationē vel casum significat. In humano signo mortē conciliat ex læsione corporis, per ferrū, arma, bombardā. Quod si luminare conditionariū aut dñm eius, caput Medusæ ☍. aut □. aut ☌ afflixerit, natū plectendū signficat, sicut id Ptol. testatur Aph. 73. Centiloq. Quando aūt talis maleficorum & luminariū constitutio incidit in signum formam quadrupedū animalium habens, magna ab equis & animalib. maioribus aliis pericula portendit. Quando vero natura signi pugnat, reliquorum quoq; significatorū testimonia sunt colligenda, & eorum conuenientia in eodem decreto diligenter inuestiganda. Verum regulis comprehendi hæc varietas non potest, sed iudicantis dexteritati & acrimoniæ relinquitur.

*De morte naturali.*

Qñ iuxta enumeratas regulas nulla violentæ mortis signa in genitura reperiūtur, iudico natū istū morte naturali, i. e. ex infirmitate aut morbo aliquo moriturū eē. Qualitas .a. istius morbi sumitur ex natura Planetæ 8. domum

domum occupantis. Quãdo plures Planetæ in 8 cõſtituuntur, qualitatẽ morbi indicat Planeta inter eos fortiſſimus. Quãdo nullus Planeta in 8. cõſtituitur, iudiciũ de qualitate morbi ex natura domini octauæ domus deſumitur. Quales autem morbos ſinguli ſignificẽt, ſupra de morbis dictum eſt, & cum multæ tales inueniantur geniturę, exẽpla non addam, præſertim cum hoc iudicium ſit proprium Directionum.

*De morte repentina.*

Mors repentina, quæ quaſi medium quoddam eſt inter naturalem & violentam, ſignificari intelligitur, quando conſtitutiones, quæ violẽtam mortem erant ſignificaturæ, ſunt imperfectæ, vt cum regulam quintam examinas, Horoſcopi dominus in ſigno quidem violento conſtituitur, diſpoſitor etiam luminaris conditionarii vel in ſigno violento hæret, vel à malefico affligitur, alter vero eorum vel benignus Planeta eſt, vel mediocris, & ſimplici tantum imo ne multiplici modo laborat, conſtitutio eſt imperfecta. Nam ad hunc effectum violentam ſcilicet mortem producendum requiritur, vt beneficus vel mediocris Planeta dominus Horoſcopi vel luminaris cõditionarii vtroque modo laboret. Talis eſt conſtitutio in themate Alexandri Marſilii Bononienſis, in quo dominus Horoſcopi ☿ in ſigno quidem violento conſtituitur, à maleficorum tamen læſionibus eſt liber, apoplexia repentina eſt mortuus. Quod ad noſtrum exemplum attinet, illud tibi committo. Pauca ego in Directionibus de iſto dicam.

*Finis generalis doctrinæ de iudicio.*

DE DI-

# DE DIRECTIONIBVS.

## CAP. I.

HACTENVS absoluimus primam doctrinæ Genethliacæ partem, quæ fuit de generali iudicio sumendo ex singulis figuræ cœli domiciliis, signis in cuspidibus istis constitutis, Planetis, signorum dominis, corporibus in certis domiciliorum locis versantibus, & tãdem variis eorum tam ad domicilia seu cuspides, quam ad se inuicem syrygiis seu irradiationibus mutuis, ex illisque de vita, moribus, & animi interioribus accidentibus, diuitiis, fratribus, & consanguineis, honoribus, magisterio, inimicis & amicis: denique etiam de statu prospero, vel infausto & morte, quæ omnia fuerunt tanquam παρασκευή, seu præparatio ad inuestiganda tempora & annos sequentis doctrinæ; nunc itaque aggrediemur quod omnium est maximum, maximeque necessarium, illam doctrinæ Astrologicæ partẽ, quæ docet in specie tempora & momenta ex superiori doctrina cognita inuestigare. Verum enimuero superius generale iudicium mancum, & quidem insufficiens videtur, vt quando de morbis, aduersitatibus, coniugio reiterãdo, vel minus constat ex generali, nisi speciale iudiciũ, quando tempus istius incidentiæ vel reiterationis sit euenturum, patefecerit. Econtra vero, si forsan generale iudicium vitam nato cœlibem ostenderit, sciamus hoc loco pro coniugio & aliis quibusdam nati accidentibus, de quibus ex astris in superiori non potuimus quicquam Prognostici loco elicere, directionem non instituendam, atque hinc liquet superiorem præparationem ad hunc specialem dirigendi modum esse non maximopere necessariam. Neque hoc iudicio directionum, cuius vsus tantum in temporibus & annis deprehendendis cernitur, acquiescemus, verũ quoque Laconica breuitate vtentes, doctrinam, menses & dies incidentiæ ostendẽtem, quæ progressionum seu perfectionum propria est, addemus, cum è raro contingentibus sit, vt directio in annum incidens, non semper menses sequentem annum referentes, & directionem incidentem ostendentes, item dies coniunctos habeat, quippe cum & sine his doctrina directionis sit mutila: efficacitatem enim quandam illi addunt, dum clare & perspicue docent, num directio ista, cum sit progressionibus & transitibus coniuncta, sit effectum nec ne habitura. Vltimo quoq; modos addemus reuoluendi, & nouum Horoscopum dirigendi, verum ex aliquo peculiari & singulari nati accidente, item ex cõceptionis momento iuxta Hermetis trutinam, si tempus tulerit, inueniendi ostendemus.

## CAP. II.

### *De definitione & variis dirigendi modis.*

DIRIGERE nihil aliud eſt, quam arcum æquatoris inter ſignificatorem & promiſſorem interceptum, coaſcendentem vel condeſcendentem arcui Eclipticæ, reſpectu circuli poſitionis, ſub quo alter eorum iacet, artificioſe inueſtigare; vel dirigere (vt Regiomontanus ait Probl. 25. tabul. directionum) non eſt aliud, quam mouere ſphæram, donec locus ſecundus traducitur ad locum primum: quod Ptolomæus tunc accidere aſſerit, quando locus ſecũdus perducitur ad circulum, in quo iacuit locus primus, aut contra locus primus transfertur ad circulũ, in quo poſitus fuit locus ſecundus.

Per circulum intellige coincidentem meridiano & Horizonti, qui recte dicitur circulus poſitionis, quod hos duos interſecet. Locus primus eſt à quo fit & incipit directio, ſeu qui dirigitur ad alium; ſecundus vero ad quem fit directio.

Locus primus dicitur recte ab aliis ſignificator, & ſic vicem ſubit ſubiecti. Locus autem ſecundus, qui promiſſor appellatur, quod certo temporis ſpatio futurum aliquod accidens vel bonum vel malum portendat. Pontanus barbarã & ineptam vocem Directionis dicit, pro ea vtens voce, inambulationis ſeu peragrationis, cum inueniatur per æquatoris arcum, quo peragrato promiſſor ad ſimilem in figura ſitum cum ſignificatore producatur, cum quoq; vtantur commodiori vocabulo Greci ἄφετον, quod cuiuslibet ſignificatoris progreſſionem abſoluat. Stadius Ephemeridum pag. 10. Interuallum, quod eſt inter locum primũ & ſecundum, vel inter arcum æquatoris coaſcendentem vel condeſcendentẽ, dicitur tempus. Eſt autem medium illud, quo accidẽs ad ſubiectum peruenit, ſeu vt loquitur Stadius, quo ſignificatores interiecto ſpatio tranſeuntes, ſuasque ſedes relinquentes Planetæ, vel corpore, vel per ✱. △. □. ☍. coniunguntur.

Modi dirigendi varii ſunt. Primus & omnium facilimus fit per globũ, ſeu ſolidam ſphæram artificioſe & iuſte confectam, de quo elegãter ſcribit Guilielmus Xylander in libello de vſu globi, qui quidẽ facilis eſt, attamen propter errores, quibus pleriq; inſtrumenta circumferunt, erroris plenus. Alter fit per Aſtrolabium magna cum amplitudine.

Tertius eſt exactiſſimus, à Regiomontano dicto Probl. 25. & aliquib. ſequentib. traditus, qui tamen propter difficultatẽ & errores, in quos facile, Cardano teſte, nos inducimur, ab artificibus huius ſeculi negligitur.

Quar-

Quartus est, Alcabitii, Albumasaris & Arabũ, qui parum à modo Ptolomæi discrepans est, breuissimus, & fit per gradus Zodiaci & Æquatoris, numerando eos, qui sunt inter significatorem & promissorem, & arcus directionis sese offert.

Quintus & antiquissimus omniũ est Ptolomæi, qui per directionũ tabulas & canonem dierum quãtitatis absq; magno laborum cumulo absoluitur: quẽ, cum apud plerosq; huius ætatis artifices sit in vsu, nos breuiter trademus. Et cum hunc modum nõnulli ex domorũ tabulis Ephemeridib. præfixis absoluant: videbimus primo quomodo illud fiat cap. 4. cum nõ omnibus tabulę directionum sint ad manus, postea nostrum addemus. Est itaq; Directio arcus æquatoris, qui vna cum arcu Eclipticæ inter significatorem & promissorem comprehenso ascendit vel descendit, vt constet, quo tempore promissor ad significatorem peruenturus sit, & suæ promissioni satisfacturus.

Directio duplex est, directa vel conuersa.

Directio directa est, quæ fit εἰς τὰ ἑπόμενα, seu S.S.S. in qua promissor motu primi mobilis traducitur ad situm siue locum significatoris.

Fit vel in quatuor angulis, vel extra quatuor angulos, vnde etiam his omnib. tribuitur, quemadmodum & omnibus Planetis directis, vt M.C. Horoscopo, domui septimę. Imo C. quarum singulæ pro certis nati accidentib. diriguntur: vnde hæc directio aut cuspidum est, aut Planetarum, quibus & Aphetam adde: & ea, quæ Planetarum naturam assumunt.

Planetarum, vt Aphetæ, cuius eligendi modum supra traditum hic nõ repetam, directio fit pro vita & eius periodo.

☉ quemadmodũ & reliqui Planetæ, pro iis, quæ significãt in generali iudicio diriguntur, vt pro vita, valetudine corporis prospera vel aduersa, honoribus, dignitatibus, officiis publicis, magnatum fauore, patre.

☽ pro complexione corporis seu temperamento, moribus animi, itineribus, matrimonio & statu vxoris.

♄ pro patre, auo, hereditatibus, liberis, nati maioribus, ædificationib. possessionibus rerum immobilium & animi affectionibus.

♃ pro gloria, diuitiis, laude, honoribus, dignitatibus, & horum incremento vel decremento.

♂ pro victoria, fortitudine, incremento vel decremento, fratribus & eorum statu, iracundia.

♀ pro coniugio, amore, gaudio, delectationibus, conuiuiis & choreis, rebus pretiosis, virginibus, sororibus.

☿ pro ingenii conditione, nati industria, felicitate in magisterio, pro itineribus, fratribus, sororibus, negotiationibus, contractibus.

⊕ ſiquidem & per ſe aliquid ſignificat, & pro natura Planetæ diſpoſitoris dirigitur, pro diuitiarum & facultatum ſtatu, pro re familiari & eius commodis, vel contra damnis pro valetudine.

Diriguntur autem pro ſuis ſignificatis eſſentialibus aut accidentalib.

Eſſentialibus, quando ipſis ſignificata tribuuntur, de quibus in generali iudicio dictum eſt.

Accidentalibus, quando pro iis diriguntur, quæ ipſis accidunt pro natura domiciliorum, in quibus conſtituuntur, ſiue in angulo, ſiue extra angulum, vel quibus imperãt, & quorum ſunt diſpoſitores. Exempli gratia: ♃ per ſe pro gloria, honoribus, &c. dirigitur, in M.C. conſtitutus euidentiora eius fiunt ſignificata, cum is ſit honorum locus, in domo vero ſeptima conſtitutus ſignificationem habet coniugii, vnde etiam pro coniugio & ſtatu coniugii dirigitur. Sic in domo prima pro vita, niſi verſetur in locis malis, tunc enim eius benignitas eorum malitiam deſtruit.

Directio cõuerſa eſt, quæ fit εἰς τὰ προηγούμενα, ſeu C.S.S. in qua ſignificator ad locum promiſſoris modo retrogrado traducitur, ſecundũ poſitionis circulum, ſub quo promiſſor ſub locis antecedentibus iacet. Eſtque propria partis ⊕æ & Planetarum vitio retropedationis laborantiũ: quam tamen Ptolomæus Aphetæ propriam fecit, conſtituti inter M.C. & cardinem occidentis, cum tunc cardo occidẽtis perimat & abſcindat, vnde locus Aphetico oppoſitus dicitur abſciſſor. Ex his apparet, omne quod eſt, poſſe & ſignificatorem & promiſſorem eſſe, pro diuerſitate cõſtitutionis & directionis vel conuerſæ, vel directæ.

Significator eſt Planeta, vel radius, vel alius Zodiaci locus, qui ad aliquem promiſſorum dirigitur, ſic dictus, quod certum aliquod nato accidens deſignet. Sic vitæ ſignificator eſt Horoſcopus, &c.

Promiſſor eſt Planeta, vel eius radius, vel locus Zodiaci, quicunque ad locum ſignificatoris transfertur, vt in directione directa, vel ad quem ſignificator deducitur, vt in directione conuerſa.

Propagator conſideratur aut in genere, aut in ſpecie.

In genere eſt Planeta, cuius progreſſu vel directione exploramus per numeros, interualla & momenta temporum, in quibus aut boni aliquid ſperamus, aut mali metuimus.

In ſpecie eſt Planeta vel locus, qui ſua profectione mortem aut vitam determinat. Hylech ab Arabibus dicitur.

Abſciſſor, Græce ἀναιρέτης, eſt pars lethalis & interimens, quæ in progreſſionibus vitæ ſignificatori obuians aut mortem aut vitæ periculum nato decernit. Eſtq; Planetæ malefici vel corpus vel aſpectus maleficus, ſiquidẽ maleficorum △, ✱, licet nihil boni importent, minus tamen nocere poſſunt.

Horum

Horum directio fit aut per ſe tantum, aut per ſe & accidens ſimul.

Per ſe & per accidens ſimul, omnes & ſinguli Planetæ, ſiue ſint directi, ſiue retrogradi.

Per ſe tantum ſigna Zodiaci & ⊕. item Apheta ſeu prorogator in ſpecie, ſeu domicilia cœli, in quibus ſigna conſtituuntur.

Prima domus pro vita & valetudine corporis, temperamento, ingenio, moribus, ac pro omnibus, de quibus diximus ſupra in ſpecie.

Secunda domus pro diuitiis, diuitiarum incremento & decremento, tempore, an eas natus honeſtis vel inhoneſtis modis ſit collecturus.

Tertia pro fratribus & ſororibus.

Quarta pro parentibus, patrimonio, bonis immobilibus, &c.

Quinta pro liberis: de quibus in generali ſatis abunde dictum.

## CAPVT III.

### *Pro promiſſoribus & ſignificatoribus inueniendis.*

Significatores iuxta duodecim cœli domicilia nato varia accidentia ſignificantes in generali iudicio ordine elegimus, qui tamẽ pro diuerſitate directionis modo ſignificatores manent, modo promiſſorum dignitatem aſſumunt. Promiſſores vero colliguntur ex tabula aſpectuum ſeu radiationum, quam ſupra cõficere docuimus, cui vera loca ſingularũ cuſpidum Planetarumq́ue gradus, &, ſi opus fuerit, etiam ſtellarum fixarum inſcribãtur. Inuẽto enim in area tabulæ ſignificatore, ſtatim omnes ſeſe ordine offerunt promiſſores, vt in genitura ſit ſignificator ☉. eius promiſſores ex tabula radiationum ſeſe ſequentes (ſiquidem directe eſt dirigendus) offerunt, ſignificator eſt ☉ in 20°. 47′. ♑. promiſſores ſunt:

1. Corpus ♀ in 25°. 22′. ♑.
2. △ ♂ in 10. 54. ♒
3. ☍ ☽ in 11. 9. ♒
4. □ ♄ in 14. 37. ♒
5. △ ♄ in 14. 37. ♓
6. ⚹ ☿ in 17. 35. ♓. &c.

---

Sic in directione conuerſa ſit ſignificator ⊕ in 3°. 5′. ♋.
Eius promiſſores ſunt:

1. □ ♃ ſiniſter in 19°. 37′. ♊.
2. ⚹ ☽ ſiniſter in 11°. 9′. ♊.
3. △ ♂ ſiniſter in 10. 54. ♊.
4. △ ♀ ſiniſter in 25. 22. ♉.
5. △ ☉ ſiniſter in 20. 47. ♉. &c. ſit enim C.S.S.

# CAPVT IV.

*Continens facilem & ſimplicem ex tabulis domorum Ephemeridibus præfixis modum.*

PRIMO ad hunc modum abſoluendum neceſſe eſt, vt latitudo loci, in quo natiuitas facta, nobis conſtet, & ad cuius eleuationem poli thema cœli eſt conformatum.

Secundo: Medietas aſcendentis vel deſcendentis, ſiquidem in altera harum medietatum ſignificator conſtituatur, id eſt, conſideranda ſunt domicilia cœli aſcendentia, vt 3. 2. 1. 12. 11. 10. an in aliquo dictorum ſignificator conſtituatur: vel deſcendentia, vt 9. 8. 7. 6. 5. 4. num in illis verſetur. Et ſi in aliqua domorum conſpiciatur, in quo ſit ſigno.

Tertio ſignificatoris conſtituti in medietate aſcendente, domus & domicilii ſignum ſub titulo datæ domus quærendum, quod ſeſe ſub dato domicilio, in quo Planeta conſtituetur, offeret, & horæ cum minutis ſub titulo tempus à meridie ſe offerentes excerpendæ correſpondentes.

Quarto: quæratur quoque in eadem tabula ſignificatoris locus promiſſoris & cum correſpondentibus horis & ſcrupulis, ſub titulo, tempus à meridie excerpetur.

Quinto ſignificatoris tempus ex promiſſoris tempore auferatur, additis horis 24. ſi ſubtractio fieri non poteſt, & relinquitur vera directio in horis & horarum ſcrupulis.

Sexto, ſignificatoris conſtituti in deſcendente medietate, domus oppoſita eſt ſumenda cum ſigno, & ex illa tum ſignificatoris tum promiſſoris tempora elicienda: & facta ſubtractione à promiſſore ſignificatoris adiecto integro, ſi fuerit opus, die, emergens pro directione vera retinendum.

Septimo: Directio in horis & horarum ſcrupulis inuenta in tempus commutetur, id eſt, in menſes & annos, ſumendo pro ſingulis horis 15. annos, quod euenit, ſi tempus datum horarum per 15. multiplicaueris. Item pro ſingulis 4. minutis annum, quod emergit, ſi minuta horarum per 4. diuiſeris, & prioribus per 15. multiplicatis adieceris id, quod ex diuiſione prouenerit. Quod ſi ſcrupula ſeu minuta prima prouenerint vel remanſerint poſt multiplicationem & diuiſionem, ea per 3. multiplicata menſes producunt.

Vltimo: notandum illud, quod latitudo præciſe non inuenta indicio ſit, ſequentem, ſi minuta adhærentia 30. ſuperauerint, aſſumendam: ſiquidem

quidem tunc pro 30′. vnicus gradus ad latitudinis gradus addendus. Quemadmodum & notandum idem de minutis significatoris vel promissoris si 30. superauerint, tunc videlicet gradum pro illis addendum: si pauciora, omnino negligenda esse.

Exempli causa nostræ natiuitatis thema subiiciemus iuxta tabulas Regiomontani, quod sic est.



In hac proposita genitura, licet sit nocturna ☉ ex sentẽtia Ptolomæi est Hylech, cum in loco Hylechiali constituatur, domo videlicet prima in signo intercepto ♈. eius igitur directionem iuxta paulo ante tradita præcepta instituemus, ad promissorem proximi corpus ♂. Tabulas itaq; domorũ ad latitudinẽ loci datæ natiuitatis accõmodatas ingredere, quęrendo sub prima domo, vbicunq; etiã illud fuerit signum, in quo constituitur cũ gradu significatoris dato, & è regione tẽpus à meridie horas & minuta respõdentia exhibet, h. 18. 39′. Deinde in eadẽ primę dom⁹ tabula inquiro grad⁹ corporis ♂ sub signo, in quo ♂ versatur, & inuenio 19. H. 5. minuta ꝑ ꝓmissoris tẽpore, & facta significatoris ab hoc subtractione emer-

*Tabula aſpectuum Planetarum noſtræ genituræ, vt ſupra.*

| ♈ | ♉ | ♊ | ♋ | ♌ | ♍ | ♎ | ♏ | ♐ | ♑ | ♒ | ♓ | ° | ′ |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | ♂ | | ✱ | □ | △ | | ☍ | | △ | □ | ✱ | 6 | 44 |
| | ♃ | | ✱ | □ | △ | | ☍ | | △ | □ | ✱ | 7 | 55 |
| ☿ | | ✱ | □ | △ | | ☍ | | △ | □ | ✱ | | 14 | 9 |
| | ☽ | | ✱ | □ | △ | | ☍ | | △ | □ | ✱ | 21 | 12 |
| ☉ | | ✱ | □ | △ | | ☍ | | △ | □ | ✱ | | 23 | 35 |
| | ✱ | □ | △ | | ☍ | | △ | □ | ✱ | | ♀ | 25 | 27 |
| | ☍ | | △ | □ | ✱ | | ♄ | | ✱ | □ | △ | 26 | 39 |

emergunt 26. prima, quæ per 4. diuiſa exhibent annos 6. menſes 6. fere, quibus corpus ☉ ad corpus ♂ peruenit. Directio quæſita.

*Calculus ſic habet:*

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Significator | ☉ | 23°. | 35′. | ♈. |
| Promiſſ. corpus | ♂ | 6. | 44. | ♉. |
| Promiſſor horas dat | | | 19 | 5′. |
| Significator | | | 18. | 39. |
| | | | 0. | 26. |

2
26(6
4

2
3
6

Directio quæſita dat annos 6. menſes 6. fere, quo peruenit corpus ☉ ad corpus malefici ♂. quo anno proculdubio natus grauiter fuit afflictus, ſi verum fuit thema cœli.

*Regiomontanus ſic operatur.*

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Promiſſor | 6°. | 44′. | ♉. | latitudo loci 51°. |
| Significator | 23. | 35. | ♈. | |

Prox.

| | ♈ | | |
|---|---|---|---|
| Prox. maior | 24 | 10 | 30 |
| Prox. minor | 23 | 10 | 2 |
| | 60′ | 0 | 28′. |

60′. dant 28′. quid 35′.

35
140
84
980

32
980
660(16′.PP.

Aſ. obl. ☉lis ad 23°. ♈ eſt 10°. 2′.
PP. 16.
10 18.

| | ♉ | | |
|---|---|---|---|
| Prox. maior | 7 | 16 | 53 |
| Prox. minor | 6 | 16 | 21 |
| | 60 | 0 | 32 |

60′—32′—44′
44
128

| | | |
|---|---|---|
| Aſ. ob. | 16. | 21. |
| Pars P. | A. | 23. |
| | 16 | 44. |

32
1408
660(23′.PP.

| | | |
|---|---|---|
| Promiſſ. | 16 | 44 |
| Signif. | 10 | 18. |

Directio quæſita 6. 26. Anno ætatis huius nati 6. menſe 5. completo perueniet corpus ♂ ad ☉. Solet tamen Regiomontanus ſignificatores extra angulos conſtitutos aliter dirigere, per canonem videlicet quantitatis dierum, & horaria tempora, vnde hic dirigendi in collectione modus propoſitus tantum ad ſignificatores in angulis conſtitutos pertinet.

Sit dirigendus ☉ ad corpus ☽ in 21°. 12′. ♉

| | | |
|---|---|---|
| Promiſſor | 19. | 37 |
| Significator | 18. | 39. |
| | 0. | 58. |

42
58(14
44

Anno itaque ætatis 14. menſe 6. perueniet corpus Lunæ ad corpus Solis.

Promiss. ✱ ♀ 25°. ♉. 19 44
Sign. ☉ 18 39

1 (1
15 8 (1 3
4 3

Anno ætatis 16. menſe 3. peruenit corpus ☉ ad ✱ ♀.
directio fauſta 19 48
Promiſſor ☍ ♄ 26°. 39'. 18 39

Sign. ☉. 1 9 (1
15 9 (2.3.
4

Anno ætatis 17. menſe 3. peruenit ☍ ♄ ad ☉. circiter quod tempus vel anno vel poſt laborauit aliquo morbo vel febri. Et niſi circa hoc tempus quicquam, vel ante euenerit, omnino Horoſcopũ huius natiuitatis non verum iudico.

Pro directione ♀ pro coniugio & vita.

Significatrix eſt ♀ in 25°. 27'. ♓.
Promiſſor △ ♄ in 26. 39. ♓.
Promiſſ. 17. 53.
Signif. 17. 51.
0 2.

Menſe itaque ſexto peruenit △ ♄ ad corpus ♀. directio mediocriter fauſta.

Promiſſ. ☿ in 14°. ♈ 18 23 32
Signif. ♀ in 25. ♓ 17 51 4 (8
0 32

Anno ætatis 8. menſe o. peruenit corpus ♀ ad corpus ☿.

Promiſſ. ☉ 23°. 35'. ♈ 18. 39.
Signif. ♀ 17. 51. 48
0 48. 44 (12.

Anno ætatis 12. menſe o. incidit directio fauſta corporis ♀ ad corpus ☉.

Promiſſor ♂ 19 5 15 (2 2
Sign. ♀ 17 51 15 44 (3 3
1 14 3 4 6
18

Anno

Anno ætatis 18. menſe 6. incidit directio infauſta corporis ♀ ad corpus ♂.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Promiſſ. | ♃ | in 7°. 55′. ♉ | 19 | 7 |
| Signif. | ♀ | | 17 | 51 |
| | | | 1 | 46 (4 |
| | | | 15 | 41 |

Anno ætatis 19. menſe 0. incidit directio fauſta corporis ♀ ad corpus ♃.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Promiſſ. | ☽ in 21°. 12′. ♉ | 19 | 37 | 2 |
| | | 17 | 51 | 46 |
| Signif. | ♀ in 25. ♓ | 1 | 46 | 44 (11. |

Anno ætatis 26. menſe 6. incidit duorum ſignificatorum coniugii ad ſe inuicem directio, quæ nato erit fauſta & fortunata.

## CAPVT V.

### *De directione conuerſa ex Ephemeridum tabulis.*

HÆc Directio plane cum præcedente congruit, niſi quod fit C.S.S. & promiſſor ſit ſignificatoris & ſignificator promiſſoris loco ſtatuendus. Nihil igitur aliud hic requiritur, quam quod domus & ſignum, in quę promiſſor incidat, conſideranda, & ex ea domo tempus promiſſoris & ſignificatoris excerpendũ, cum reliqua operatio omnino ab antecedente non differat. Exẽpli cauſa; dirigemus fortunam propoſitæ genituræ conſtitutam in 22. gradu 56′. Horoſcopi ♈. præpoſteri ſeu C.S.S. ad corpus ♀ in 25°. 27′. ♓ eiuſdem domicilii. Statuo itaque ♀ ſignificatricem, ⊕ vero promiſſorem. Tempus correſpondens ſignificatori 25°. ♓ eſt 17. 51. Tempus congruens promiſſori eſt 18°. 36′. horarum. Facta itaque ſubtractione ſignificatoris à promiſſore emergit directio, quæ vt ſuperior in tempus eſt commutanda, vt exurgant anni & menſes. Calculus ſic eſt:

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| ⊕ | Promiſſor | in 22°. ♈. | dat horas | 18. | 36. |
| ♀ | Significatrix | in 25. ♓ | dat horas | 17. | 51. |
| | | | | 0 | 1 |
| | | | | | 46 |
| | | | | | 44 (11 |

Anno ætatis 11. menſe 3. peruenit ⊕ directio C.S.S. ad ♀ fauſta: vnde directio non reprehendenda, ſi forſan tum temporis nihil mali euenerit, ſiquidem ſemper videndum, num directiones vel beneficæ, vel infauſtæ in vnum annum incidentes ſe inuicem deſtruant.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| ⊕ promiſſ. | H. | 18. | 36′. | 1 |
| Significator ✱ | ☽ | 17. | 47. | 49 |
| | | 0. | 49. | 44 (12 |

Anno ætatis 12. menſe 3. peruenit ⊕ ad ✱ ☽ fauſta.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Promiſſ. ⊕ | H. 18. 36′. | | 30 |
| Signific. ✱ | ♃ 17. 16. | | 4 (5 |
| | 1. 20. | | |

Anno ætatis 20. menſe 0. incidit directio ⊕ ad ✱ ♃.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Promiſſ. | ⊕ | 18. 36. | 36 |
| | | 17. 0. | 4 (9 |
| | | 1. 36. | |
| Significator □ ♄ | | 26°. ♒ | |

Anno ætatis 24. menſe 0. perueniet □ ♄ ad ⊕. quo anno ſimiliter ſunt pericula metuenda, niſi directio aliqua fauſta id impedierit, quæ forte in eundem incidet annum. Et ſic plurium promiſſorum directiones ſunt ſupputandæ.

## CAPVT VI.

*De modo dirigendi ſignificatorem in aliquo angulo conſtitutum ex tabulis Ioannis Regiomontani.*

SVPRA in ſecundo cap. diximus, Directionem directam aliam eſſe in ſignificatoribus in angulis, aliam extra angulos cõſtitutis. Capite vero tertio de ſignificatoribus & promiſſoribus eligendis, quod generatim ad omnes Planetas & cuſpides, id eſt, ad totam figuram cœli, eiusq; conſtitutionem eſt referendum, cuſpides enim quatuor angulorum eo modo, quo ſignificatores in angulis conſtituti, diriguntur. De his itaq; perſequendis ſequentes ad operationem neceſſarias obſeruabimus regulas oſtendentes, quando ſingulorum angulorum cœli fiat directio.

1. Si ſignificator directus in Horoſcopo conſtitutus dirigendus ſit ad aliquem promiſſorem (iuxta directionem S.S.S.) ab aſcenſione obliqua (per proportionum regulam P.P. vt ſupra docuimus, inuenta ſic addita, cognita eleuatione poli dati loci) promiſſoris, ſubtrahatur aſcenſio obliqua

qua

qua ſignificatoris, & reſiduum erit directio quæſita, vbi pro ſingulis gradibus remanentibus annum, pro minutis quinque menſem, pro vno ſex dies cum Ptolomæo numerabis. Cum in noſtra genitura nullus Planeta eſt in aliquo angulorum, dirigimus Horoſcopum ad ſequentium ſignificatorū aliquem. Significator ſit Horoſcopus in 12°.43'. ♐. Huic in tabula aſpectuum ad noſtram genituram accommodata ſequentes occurrūt aſpectus.

1. □. ♃ ſiniſter in 19. 39. ♐.
2. □. ♂ dexter in 10. 54. ♑.
3. ✱ ♄ dexter in 14. 37. ♑.
4. ☿ corpus in 17. 35. ♑.

*Exempli cauſa.*

Sit dirigendus □ ♃ ad Horoſcopum: Primum cōſidero eleuationem loci, in quo facta natiuitas: ſiquidem inde primæ domus aſcenſio quæritur, ea eſt 53°.

| | ♐ | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| P. Mai. | 13 | 284 | 45 | | 60' dant 79'—43'. |
| P. Min. | 12 | 283 | 26 | | 43. |
| | 60 | 1 | 19 | | 237. |
| | | | 60 | | 316. |
| | | | 79 | | 3397. |
| Aſc. | 12°. | 283 | 26. | | 3 |
| | P.P. | 1 | 57. | | 339(7 |
| | | 284 | 23. | | 666(56. PP. |

Aſc. obliq. Horoſcopi 284. 23'. ♐.

Nunc inquiratur □ ♃. ſiniſtri aſcenſio obliqua ſub eadem eleuatione, hoc modo:

| | ♐ | | | |
|---|---|---|---|---|
| Prox. Mai. | 20. | 293. | 38'. | 60'—74'—39'. |
| Prox. Minor | 19. | 292. | 24. | 39 |
| | 60' | 1. | 14. | 666 |
| | | | 74. | 222 |
| A. obl. 19°. | | 292. | 24. | 4 |
| P.P. addenda | | 1. | 48. | 288(6 |
| | | | | 666(48. PP. |
| A. obl. | | 293. | 12. □ ♃ ſiniſt. | |
| Promiſſ. | | 293. | 12. | |

Signif. 284 23 4
8 49 directio quæſita. 49
8(9

Hæc in tempus conuerſa affert annos 8. menſes 9. & dies 24. quo temporis interuallo □ ♃ peruenit ad Horoſcopum.

Si cuſpis domus ſeptimæ ſeu ſignificator in angulo occidentis conſtitutus dirigendus fuerit ad aliquem in ordine aſpectum, pro promiſſore electum. 1. Pro inuenienda aſcenſione obliquæ cuſpid. domus ſeptimę ad aſcenſionem Horoſcopi 180. adde gradus, abiectis 360. ſeu integro circulo, ſi opus fuerit, vel ab vtraque ſi placuerit. Deinde vt in ſuperioribus ſignificatore à promiſſore ablato, reſiduum directionem quæſitam oſtendet. In noſtra genitura nullus in ſeptima Planeta conſtituitur, dirigemus itaque cuſpidem domus ſeptimæ 12°. 43'. ♊. cui in tabula aſpectuum ſequentes ordine promiſſores occurrunt.

1. □ ♃ in 19°. 39'. ♊.
2. □ ♂ in 10 54 ♋.
3. △ ♄ in 14 37 ♋. &c.

Aſcenſio obliqua Horoſcopi eſt 284. his additi 180. conficiunt 464. à quibus integer abiectus circulus remanent 104.

A. obl. domus ſeptimæ. 284
180
464

Pro □ ♃ dextro in 19°. 39'. ♊ 360
104

| | ♊ | | | |
|---|---|---|---|---|
| Pr. maior. | 20 | 293 | 38 | |
| Pr. minor. | 19 | 292 | 24 | |
| | 60 | 1 | 14 | |
| | | | 60 | |
| | | | 74 | |

Eleuatio poli 53°.
— 60' — 74' — 39'.
39
666
222
4
288 (6
66 ∅ (48. P.P.

Aſc. ob. ad 19°. 292. 24.
P.P. add. 1. 48.
12
A. obl. 19°. ♐ 293
180

Promiſſ. 473 12
Significat. 464 23.
8 49. Dir. quæſita.

Anno ætatis 8.menſe 9.& aliquot completis diebus incidit Directio □ ♃ ad domum ſeptimam.

Si in cuſpide M. vel I. C. ſignificator vel in angulis circuli meridiani conſtitutus fuerit, vt ſupra, aſcenſionem quoq; rectam ſignificatoris ab aſcenſione recta promiſſoris ſubtrahe, huius ſiquidem aſcenſio quæritur ex tabula aſcenſionum rectarum, vt ex ſuperiorib. manifeſtum, & reſiduum directionem quæſitam exhibebit. Exempli loco, cum quoq; nullus Planeta in M.C. conſtituatur, dirigemus cuſpidem M.C. 15°. 36'. ♎ ad ſequentes electi ex tabula radiationum promiſſores.

1. □ ☿ ſiniſt. in 17°. 35'. ♎
2. □ ☉ ſiniſt. in 20. 47. ♎
3. □ ♀ ſiniſt. in 25. 22. ♎
4. □ ☽ dext. in 11. 9. ♏. &c.

Aſcenſio recta M. C. inuenitur 193°. 23'.
□ ☿ ſiniſter in 17°. 35'. ♎

| | ♎ | | | |
|---|---|---|---|---|
| P. maior | 18 | 196°. | 35'. | 60'—56'—35'. |
| P. minor | 17 | 395. | 39. | 35. |
| | 60 | 0 | 56. | 280. |
| | | | | 168. |

AR. □ ☿ ad 17°. 195. 39.
PP. add. 1. 33. — 44
AR. □ ☿ 196. 12. Pro. — 4960
AR. M. C. 193. 23. Sign. — 660 (32'. PP.
2. 49. Directio quæſita.

Annis completis duobus, menſibus nouem, peruenit □ ☿ ad M.C.

Sit dirigenda cuſpis ima cœli, cum nec ibi ſignificator conſtituatur ad ſequentes promiſſores.

1. □ ☿ ſiniſter in 17. 35. ♈.
2. □ ☉ ſiniſter in 20. 47. ♈.

Aſcenſio ℞. C. — 193. 180.
♈

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 18 | 16 | 35. | 60'—56'—35. | 373. |
| 17 | 15 | 39. | 35. | 360. |
| 60 | 0 | 56. | 280. | 13 44 |
| | | | 168. | 4960 |
| | | | 1960. | 660 (32'. PP. |

| | | |
|---|---|---|
| AR. ad 17°. | 15. 39. | |
| P.P. addenda | 1. 33. | |
| AR. □ ☿ | 16. 12. | Promissor. |
| AR. I. C. | 13. 23. | Significator. |
| | 2. 49. | |

Directio quæsita.

Annis completis 2.mensibus 9.incidit □ ☿ ad I.C.

## CAPVT VII.

*De modis dirigendi significatores extra quatuor angulos versantes.*

MODVS hic est difficilimus, quod prius inquiri necesse sit, antequã directio fiat, horaria tempora, & stellæ distantiam à M.C. Sunt autem horaria tempora partes æquinoctialis circuli, in vna hora temporali ascendentes. Veteres enim temporalibus horis vsi fuerunt, quarũ quęlibet duodecima pars est, cuiusque diei & noctis, siue longioris siue breuioris. Hanc autem vicissitudinem induxerunt variæ graduum æquatoris supra Horizontem eleuationes, quæ pro diuersitate solis in hac vel illa Zodiaci parte, qui circulus obliquus est, modo diem nocti æqualem, quod fit bis in anno, modo diem nocte longiorem reddit, quod fit Sole versante in signis Borealibus. Atq; hinc distinctio dierum artificialium & inartificialium, de quibus passim in sphæricis, exorta. Horaria tempora sunt duplicia, diurna & nocturna. Diurna horis temporalibus diurnis, nocturna nocturnis respondent. Atq; hæc distinctio inde orta, quod veteres diem in 12. noctem similiter in 12. horas distribuerint, & quatenus longissimi dies, eatenus quoque longissimæ fuerunt horæ nocturnis breuissimæ pro ratione dierum mutationis existẽtibus. Inueniuntur autem horaria tempora ad quasuis Eclypticæ partes sub eleuatione tradita per tabulam quãtitatis dierum omnibus fere Ephemeridibus insertam, modo sequenti. Pro inueniendis horariis temporibus quære ex Canone quantitatis dierum locum stellæ cum gradibus, in quib. versatur, sub numero tuæ latitudini respondente, quæ in fronte tabulæ depingitur, quęrendo signum & gradum eiusdem in hoc vel illo tabulę latere, ascendendo vel descendendo, pro ratione diuersitatis signorum & in communi angulorum concursu inuenies arcum multiplicandum per 2°. & 30′. semidiurnum & seminocturnum. Semidiurnum, si cum boreali, seminocturnum,

cturnum, ſi cum Auſtrali ſigno tabulam fueris ingreſſus, qui aut mutandus eſt, aut non mutandus.

Non mutandus, ſi ſignum, cuius horaria tempora inquiris, fuerit diurnum ſeu ſupra horizontem & ſeptentrionale.

Mutandus, ſi ſignum, cuius horaria tempora inquiris, fuerit infra horizontem & meridionale. Quoties enim alicuius Planetæ vel radii tempora horaria ſint inueſtiganda, & ille fuerit ſub horizonte conſtitutus, horaria tempora nocturna, etiamſi in ſigno diurno fuerit, ſunt aſſumenda, ſi vero ſupra horizontem extiterit, inueſtiganda ſunt horaria tempora diurna, etiamſi in ſigno auſtrali fuerit conſtitutus.

Arcus tam nocturni quam diurni fit permutatio, ſi ex 30. ſubtraxeris vel diurna & proueniunt nocturna, vel nocturna & proueniunt diurna. Exempli gratia, in propoſita noſtra genitura ſint inueſtiganda horaria tempora ♄ diurna, qui ſupra horizontem in ſigno ♏ auſtrali cõſtituitur.

Locus ♄ ſit 14°.37′. ♏.

Eleuatio poli eſt 53°. Gradum 14. ♄ quære in latere ſiniſtro deſcendendo, cum ſignum ♏ in fronte inueniatur, & angulorum concurſus communis exhibet 7. horas, 30′. arcum ſeminocturnũ. Hoc tempus per duos gradus & 30′. multiplico, & proueniunt tempora horaria nocturna hoc modo:

| | | | |
|---|---|---|---|
| H. | 7 | 30′ | |
| | 2 | 30 | |
| 0 | 14 | 0 | |
| | 1 | | |
| | 3 | 30 | 0 |
| | | 15 | |
| | 18 | 45 | 0 |

Horaria tempora nocturna h. 18. 45′. 0″.

Quoniam vero ♄ verſatur in ſigno Auſtrino ſupra horizontem, eius horaria tempora nocturna inuenta per ſubtractionem à 30. ſunt in diurna mutanda.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Horaria tempora ♄ | 30 | 60 | |
| | 18 | 45. | |
| | 11 | 15. | horaria tempora diurna. |

Eodem plane modo cum reliquis Planetis ſeu ſignificatorib. vel promiſſoribus, vel etiam ſignis Zodiaci eſt agendum. Quæritur autem huius operationis ratio, quæ cognoſcitur, cum per regulam proportionum

ſeminoctúrnum vel ſemidiurnum arcum, id eſt, præciſe 6 horas per gradus æquatoris, reſpondentes vni horæ cum arcu ex tabula inuento, multiplicaueris & diuiſeris, ſiquidem vni horæ reſpondent 15°. æquatoris, hoc modo:

6 dant — 15. quid — | 7 | 30 / 15

| | | |
|---|---|---|
| | 6 | |
| 4 | 82 | 30 |
| | 18 | 45 |
| 4 | 48 | |
| | 4 | 30 |
| | 4 | |

| | | |
|---|---|---|
| | 7 | 30 |
| | 15 | |
| 1 | 45 | 30 |
| | 7 | |
| 1 | 52 | 30 |

## CAP. VIII.

*De inuenienda diſtantia ſtellæ ſupra vel infra terram, ſeu differentia inter M. C. & ſtellam ſupra Horizontem, vel inter Imum cœli & ſtellam infra Horizontem conſtitutam.*

DIſtantia ſtellæ à M. C. nihil eſt aliud, quàm arcus æquatoris ſecundũ aſcẽſiones rectas numeratus, & inter ſtellam & M. C. ſi ea ſupra Horizontem: vel inter ſtellam & imum cœli, ſi ea infra Horizontem exiſtat, interceptus. Hæc diſtantia iuxta ſequentes eſt requirenda regulas.

1. Cum ipſam diſtantiam M. C. tum ſtellæ cuiuſcunq; A. M. inueſtiga, adhibita obſeruatione loci ſeu anguli in quo verſatur, quã aut ſubtrahis à M. C. aut M. C. ab illa. 2. Si fuerit inter aſcendens M. C. Planeta, vel punctũ Eclipticæ, cuius diſtantiã inquiris, ſubtracta aſcenſione recta M. C. ab aſcenſione recta dati puncti, emergens diſtantiam oſtendet, qua diſtat punctum propoſitum ♈ à M. C. Si inter Imum cœli & domũ ſeptimam, ſeu cardinẽ occidẽtis fuerit punctũ interceptum, ſubtracta aſcenſione recta I. C. ab aſcenſione recta propoſiti puncti diſtantiã exhibebit. Illã à M. ſubtrahis, ſi punctum hæſerit inter ſeptimam & decimã. Ab imo cœli, ſi punctum inter primam & quartã domũ fuerit intercluſum. Hac tamen ad oẽs regulas pertinente obſeruata cautela: ſi forſan ſubtractio fieri nõ poſſit aliquo in locó, vt cũ numerꝰ ſubtrahẽdus altero eſt maior, (ſemper n. minoris à maiori fit ſubductio) circum integrũ ſeu 360°. ad eum ſubtrahendum, in quo ſubtractio fieri debet, eſſe addendum. Exẽpli gratia: Sit inquirenda diſtantia ♄ à M. C. in ♏ ſigno cuſpidem domus vndecimæ forte occupante.

AR. M.C. cum ſupra ſit inueſtigata, hoc loco non inquiratur, quæ eſt 193°.23′. ♄. cuius inueſtiganda aſcenſio hæreat in 14°.37′. ♏.

| | | ♏ | |
|---|---|---|---|
| Proxime maior | 15. | 222. | 31. |
| Proxime minor | 14. | 221. | 31. |
| | | 1 | 1 0 |
| AR. ♄ ad 14. | | 221°. | 31′. |
| PP. addenda | | 1. | 37. |
| AR. ♄ | | 222. | 8. |

60′ — 60′ 37′
37
420
180
4
2220
660 (37′. PP.

Ab hac aſcenſione recta ♄ ſubtrahatur aſcenſio R.M.C. cum Planeta hæreat inter primam & M.C. & proueniet diſtantia.

| | | |
|---|---|---|
| 222. | 8. | AR. ♄. |
| 193. | 23. | AR. M.C. |
| 28. | 45. | Diſtantia ♄ à M.C. |

Eodem plane modo cum reliquis agendum, niſi quod ad AR.M. pro AR.I.C. inuenienda addendus ſit dimidius circulus.

Peracta ſic inquiſitione, tam horariorum temporum, quam diſtantiæ à M. vel I.C. diſtantiam ſignificatoris per propria horaria tempora diuide, vt emergant horę temporales, per quas, ſi horaria tempora promiſſoris multiplicaueris, aggregatum proueniens oſtendet quot æquinoctialis circuli partibus à M. vel I.C. promiſſor diſtare debeat, vt ſimilem cum ſignificatore in figura ſitum obtineat, quod aut ad M. vel I.C. addendum, aut ab illis iuxta ſequentes regulas, quas προςαφαιρέσεις vocant, ſubtrahendum, vbi productum in annos & menſes mutatum directionem quęſitam exhibebit.

1. Auferendum, ſi ſignificator & promiſſor fuerint cõſtituti inter M.C. & Horoſcopum, vel inter I.C. & ſeptimam, videlicet productum ortũ ex multiplicatione horarum temporalium.

2. Si ſignificator & promiſſor fuerint conſtituti ſimul in eodem quadrante, videlicet inter Horoſc. & I.C. vel inter ſeptimam & M.C. eſt producta diſtantia promiſſoris à M. vel I.C. ſubducenda.

Addendum idem productum ad diſtantiam promiſſoris, quando ambo fuerint, id eſt, ſignificator & promiſſor, in cœli quadrantibus diuerſis, vtpote ſignificator inter ſeptimam & M.C. promiſſor vero inter M.C. & Horoſcopum, vel ſignificator inter I.C. & Horoſc. promiſſor vero inter ſeptimam & I.C.

Melioris lucis gratia ad omnes caſus ex noſtra genitura exempla

producta resoluemus. Sit dirigẽdus ♄ constitutus in 19°. 37′. ♓ ad ✱ Solis, constitutum in 20°. 47′. ♑. ambo constituti inter I. C. & Horosc. ♃ significator est: ☉ vero promissor. Primo quæro vtriusque puncti, tam ♃ quam ✱ ☉ horaria tempora nocturna, siquidem sub terra versantur.

| | H. | 6 | 23′ | |
|---|---|---|---|---|
| ♃ in 19°. ♓ dat | | 2 | 30 | |
| | 0 | 12 | 46 | |
| | | 0 | 0 | 30 |
| | | 3 | 11 | |
| Horaria tempora ♃ nocturna. | | 15 | 57 | 30 |

Inuentis sic horariis temporibus vtriusq; nocturnis, cum omnes infra terram in signis simul nocturnis constituantur, pro secundo inquiratur quoque vtriusque distantia ab I.C.

| | | |
|---|---|---|
| AR. M.C. | 193. | 23′. |
| Adde huic | 180 | |
| AR. I.C. | 373. | 23. |

Pro AR. ♃. 19°. 37′. ♓.

| | ♓ | | |
|---|---|---|---|
| Proxime maior | 20 | 350. | 50. |
| Proxime minor | 19 | 349. | 54. |
| | | 1 | 56. |
| AR. ♃ ad 19°. | | 349. | 54. |
| | | 1. | 34. |
| AR. ♃ | | 350. | 28. |

60′. 56′. 37′.
37.
392.
168.
23
2072
660 (34′. P.P.

Hæc ascensio recta ♃ ab ascensione I. C. subtracta, exhibet distãtiam ♃ ab imo cœli in gradibus & minutis.

| | | |
|---|---|---|
| AR. I.C. | 373°. | 23′. |
| AR. ♃ | 350. | 28. |
| Distantia | 22. | 55. ♃ ab I. C. |

Pro

Pro horariis temporibus ✱ ☉ 20°. 47′. ♓.

| H. | 6 | 21 | |
|---|---|---|---|
| | 2 | 30 | |
| 0 | 12 | | |
| | 0 | 42 | |
| | 3 | 0 | |
| | | 10 | 30 |
| | 15 | 52 | 30 |

Horaria tempora nocturna ✱ ☉.

Pro distantia ✱ ☉ ab I. C.

| | ♓ | | |
|---|---|---|---|
| Proxime maior | 21 | 351. | 45. |
| Proxime minor | 20 | 350. | 50. |
| | 1 | | 55. |

60′. 55′. 47′.

47
385
220
2585

4
2585
660 (43′. P.P.

| | | |
|---|---|---|
| AR. ✱ ☉ ad datum 20° ♓. | 350°. | 50′. |
| P. P. addenda | 1. | 43. |
| AR. ✱ ☉. | 351. | 33. |
| AR. Imi C. | 373°. | 23′. |
| AR. ✱ ☉lis. | 351. | 33. |
| Distantia ✱ ☉ | 21. | 50. ab imo C. |

Inuentam porro distantiam significatoris ♃ 22°. 55′. per horaria eiusdẽ tempora 15.57. diuido, & proueniũt 41.20. vnius horæ, quibus ♃ in tempore à meridiano infra terram mouetur.

| | | | |
|---|---|---|---|
| | 22° | 55′ | |
| | 41 | 45 | |
| 48 | 87 | | |
| 48 | 2 | 38 | |
| | 37 | | |
| 48 | 38 | 38 | |
| 0 | 47 | 28 | I. Residuum. |
| | 46 | 30 | 48 |
| | | 41 | |
| | 47 | 11 | 48 |
| | | 13 | 45. II. Residuum. |

Hoc nunc productum multiplico per horaria tempora promissoris ✱ ☉ 15°. 52′. modo sequenti.

| | | | |
|---|---|---|---|
| | 15 | 52 | |
| | 41 | 45 | |
| 10 | 15 | 32 | |
| | 35 | 15 | |
| | 11 | 39 | 0 |
| 11° | 2′ | 26″ | 0 |

Quando itaque ✱ ☉ à meridiano circulo abfuerit per gradus 11°. 2′. 26″. 0‴. similem situm seu distantiam cum ♃ ab imo C. habebit respectu suorum temporum horariorum.

Hanc inuentam distantiam, iuxta doctrinam supra traditam in initio de modo auferendi significatorem à promissore, à promissoris distantia ✱ ☉ ab I. C. subtraho.

| | | |
|---|---|---|
| Distantia promissoris ✱ ☉ ab I. C. | 21°. | 50′. |
| Productum subducendum. | 11. | 2. |
| Directio quæsita. | 10. | 48. |

Distantia itaque duorum Planetarum videlicet significatoris & promissoris vsq; quo eundem situm sint habituri, est 10°. 48′. æquatoris, qui æquiparantur annis 10. mensibus 9. & aliquot diebus, quibus absolutis ✱ ☉ perueniet ad corpus ♃.

Pro secundo dirigemus duos Planetas, quorum alter promissoris, alter significatoris vicem compleat, constitutos in diuersis cœli quadrantibus, vt ♂ constitutum in 10°. 54′. ♎ ad ♄. qui in 14°. 37′. ♏ conspicitur. Et quidem significator ♂ consistit inter septimam & M. C. promissor inter Horoscopum & M. C. cumque ambo sint circa M. C. in signis nocturnis, inquirantur eorum horaria tempora ex supra traditis regulis.

Pro horariis temporibus ♂ 10°. 54′. ♎

| | | | |
|---|---|---|---|
| | 6 | 19 | |
| | 2 | 30 | |
| 0 | 12 | 38 | |
| | 0 | 0 | |
| | 3 | 9 | 30 |
| | 15 | 47′ | 30″ Horaria tempora nocturna. |

| | |
|---|---|
| 30 | 60 |
| 15 | 47 |
| 14 | 13 Horaria tempora diurna ♂ |

Hora-

Horaria tempora ♄ ſupra inuenta diurna ſunt h. 11. 15′. Eiuſdem quoque inuenta A R. diſtantiaque à M.C. eſt 28°. 45′.

Pro aſcenſione recta ſignificatoris ♂ 10°. 54′. ♎

| | ♎ | | | |
|---|---|---|---|---|
| Proxime maior | 11 | 190. | 6. | 60′ — 55′ — 54′. |
| Proxime minor | 10 | 189. | 11. | 54. |
| | 1 | | 55. | 220. |
| | | | | 275. |
| | | | | 2970. |

| | | | |
|---|---|---|---|
| AR. ♂ ad 10°. | 189. | 11. | 2970. |
| PP. addenda | 1. | 49. | 83 |
| AR. ♂ | 190. | 0. | 2970 |
| | | | 660 (49. PP. |

Hæc aſcenſio recta ♂ ab aſcenſione recta M.C. eſt ſubtrahenda, cum Planeta intra ſeptimam & M.C. conſtituatur.

| | | | |
|---|---|---|---|
| AR. M. C. | 193. | 23. | |
| AR. ♂ | 190. | 0. | |
| | 3. | 23 | Diſtantia ♂ à M.C. |

Pro diſtantia ♄ à M.C. 14°. 37′. ♏.

| | ♏ | | | |
|---|---|---|---|---|
| Proxime maior | 15 | 222°. | 31′. | 60′ — 60′ — 37′ |
| Proxime minor | 14 | 221. | 31. | 37 |
| | 1 | 1 | 0 | 420 |
| | | | | 180 |
| | | | | 2220 |

| | | | |
|---|---|---|---|
| AR. ♄ ad 14°. ♏. | 221°. | 31′. | 4 |
| PP. addenda. | 1. | 37. | 2220 |
| AR. ♄ | 222. | 8. | 660 (37′. PP. |

Ab hac aſcenſione recta ♄. ſubtrahenda eſt, pro vera diſtantia ♄ à M. C. inuenienda, A R. M. C.

| | | | |
|---|---|---|---|
| AR. ♄ | 222°. | 8′. | |
| AR. M. C. | 193. | 23. | |
| | 28. | 45. | Diſtantia ♄ à M. C. vera. |

Inuen-

Inuentam differentiam diſtantiæ ſignificatoris ♂ 3°.23′.per eiuſdem horaria tempora diuido 14.13.& proueniunt 4.12.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| | 3 | 23 | | |
| | 4 | 12 | | Horæ temporales Martis. |
| 0 | 14 | 13 | | |
| 0 | 12 | 32 | | |
| | 1 | | | |
| | 13 | 32 | | |
| | 0 | 41 | | I. Reſid. |
| | 0 | 36 | 36 | |
| | | 4 | | |
| | | 40 | 36 | |
| | | | 24 | |

Inuenio itaque ♂ diſtare à M.C.horas 4.12.minuta, qualium vna de æquatore eleuat 3°. 23′.

Dehinc promiſſorem deduco, id eſt, ♄ ad ſimilem cum ſignificatore ad M.C.ſitum,id eſt,quæro quot gradus æquatoris is etiam diſtare à M. C.debeat,vt horis 4.12.temporalibus abſit,hoc modo:

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Horaria tempora ♄ | | 11 | 15 | |
| temporales ♂ | | 4 | 12 | |
| | 0 | 44 | 0 | |
| | | 1 | | |
| | | 2 | 12 | 0 |
| | | | 3 | |
| | 0 | 47 | 15 | 0 |

Neceſſe itaque erit ♄ à M.C.remoueri 47°. 15′. vt abſit horis temporalibus 4.12.talibus in qualium vna ♄ conficit 11.15.æquatoris.

Vltimo cum ♄ 47.partibus 15′.ęquatoris à M.C.verſus Horoſcopum ſeu à Horoſcopo verſus M.C.diſtare oporteat, quando ſimilem cum ſignificatore ſitum ſit habiturus,manifeſte apparet ex doctrina de modo addēdi ſignificarorem,cum is verſetur inter M.C.& ſeptimam, promiſſor vero inter Horoſcopum & M. C. productum diſtantiæ ♄ à M.C.ad hoc productum eſſe addendum.

Produ-

| | | |
|---|---|---|
| Productum | 47°. | 15'. |
| Distantia ♄ à M. C. | 28. | 45. |
| Directio quæsita. | 76. | 0. |

Pro tertio in eodem themate, ☉ significator in 20°.47'.♑. secundum seriem signorum ad promissoris ♃ constituti in 19°.37'.♓. corpus. Primo inquirãtur vtriusque, tam ☉ quam ♃ horaria tempora. Horaria vero tempora ♃ supra inuenta fuerunt nocturna 15.57. Distantia vero eius ab I. C. 22°.55'. tantum itaque Solis inquirantur.

Pro horariis temporibus ☉lis 20°. 47'. ♑.

| | | | |
|---|---|---|---|
| | 8<br>2 | 10<br>30 | |
| 0 | 16<br>0 | 20 | |
| | 4 | 0<br>5 | 0 |
| Pro. | 20 | 25 | 0 |

Horaria tempora nocturna ☉lis, versatur enim infra terram in signo seminocturno.

Pro distantia ab I. C. Solis.

| | | | |
|---|---|---|---|
| AR. M. C. | 193°. | 23'. | |
| Add. | 180. | | |
| AR. I. C. | 373°. | 23'. | |

| | ♑ | | | |
|---|---|---|---|---|
| Proxime maior | 21 | 292°. | 43'. | 60'—64'—47'. |
| Proxime minor | 20 | 291. | 39. | 47 |
| | 1 | 1 | 4 | 448 |
| | | | | 256 |
| | | | | 3008 |
| | | | | 3008 |
| | | | | 660 (50. PP. |

| | | | |
|---|---|---|---|
| AR. Solis ad | 20°. | 291°. | 39'. |
| PP. addenda | | | 50. |
| AR. Solis | 292. | 29. | |

Hanc ascensionem rectam Solis ab AR. Imi C. pro vera distantia inuenienda aufer, & productum iuxta regulam supra de ablatione à M. vel I. C. traditam, distantiam Solis ab imo cœli ostendet.

| | | |
|---|---|---|
| AR. I. C. | 373°. | 23′. |
| AR. ☉lis | 292. | 29. |
| | 80. | 54. Diſtantia ☉lis ab I. C. |

Hanc porro ſignificatoris Solis ab I. C. diſtantiã per eiuſdem horaria tempora diuide, vt eueniant horæ temporales, quæ poſtea cum promiſſoribus collati, eundem eorum ſitum ab I. C. exhibeant.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| | 20 | 25 | | |
| | 3 | 57 | | |
| 12 | 20° | 54 | | |
| 1 | 0 | 18 | | |
| | 1 | | | |
| | 19 | 39 | | I. Reſid. |
| | 19 | 0 | 48 | |
| | | 23 | | |
| | 19 | 23 | 48 | |
| | | 15 | 15 | II. Reſid. |

Inuentas has horas temporales multiplico per horaria tempora promiſſoris ♃ 15.57. & prouenit productum, cum quo iuxta regulam traditam eſt agendum.

| | | | |
|---|---|---|---|
| | 15 | 57 | |
| | 3 | 57 | |
| 0 | 45 | 51 | |
| | 2 | | |
| | 14 | 15 | 9 |
| | | 54 | |
| 12 | 3° | 0′ | 9″ |

Quando itaq; ♃ ab imo cœli diſtat 12 3°. 0′. 9″. ſitum habebit reſpectu ſuorum temporum horariorum eundem cum ☉. i. e. aberit etiam in tempore 3. horis inæqualibus & 57. minutis. Diſtat autem ♃ promiſſor ab I. C. vt ſupra dictum 22°. 55′. qui gradus ex producto ſubtracti, iuxta regulæ de ſubtractione traditæ ſecundam partem, & interuallum, quo ſimilem ſitum habebit, ſeſe offeret.

| | | |
|---|---|---|
| Productum | 62°′ | 60′. |
| Diſtantia ♃ | 22. | 55. |
| Diſtantia ♃ | 40. | 5. |

Direct. quæſita annos oſtendit 40. menſem 1.

CA-

## CAPVT IX.

### *De Directione conuersa.*

SVPRA dictum eſt in generalibus diſtributionibus, quid ſit directio conuerſa, quæ fit contra S.S. quibusq́ue aſcribitur, non tantum videlicet loco aphetico, cõſtituto in ſecunda cœli quarta, quæ eſt inter M.C. & domum ſeptimam, vt vult Ptolomæus, verum ⊕ quoque & Planetis vitio retropedationis laborantibus, vt placet recentioribus Aſtrologis. In huius autem directione nulla alia eſt operationis via, niſi quod fiat C. S.S. Æque enim atque ſupra horaria tempora, tam diurna quam nocturna diſtantiæ à M. vel I.C. & alia, pro inueniendo producto, aut addendo, aut ſubtrahendo ex ſupra tradito modo inueſtigantur. Melioris doctrinæ gratia dirigendam ſuſcipiemus ⊕ conſtitutam in 3°.5′.♋. ad △ ♂. qui in 10°.54′.♊. cadit, vbi primo horaria tempora, tam ⊕. quam △ ♂ ſunt inquirenda. Deinde quoque vtriuſque puncti à M.C. diſtantia, ſiquidem in vna cœli quarta ſeu quadrante, vt loquuntur, videlicet inter ſeptimam & M.C. conſtituuntur.

Pro horariis temporibus ⊕ 3°. 5′. ♋.

| | H.8 | ′20 | |
|---|---|---|---|
| | 2 | 30 | |
| 0 | 16 | 40 | |
| | 0 | | |
| | 4 | 0 | |
| | | 10 | 0 |
| | | | |
| Horaria tẽpora ⊕ diurna. | 20 | 50 | 0 |

| | H.8 | 30 | |
|---|---|---|---|
| | 2 | 10 | |
| 0 | 16 | 20 | |
| | 0 | | |
| | 4 | 0 | |
| | | 5 | 0 |
| | 20 | 25 | 0 |

Horaria tẽpora ♂ diurna.

Pro diſtantia △ ♂ à M.C.

AR. M.C. 193°. 23′.

♊

| | | | |
|---|---|---|---|
| Proxime maior | 11 | 69. | 25. |
| Proxime minor | 10 | 68. | 21. |
| | 1 | 1 | 4 |

60′ — 64′ — 54′

54

256

320

3456

3

3456 (struck through)

~~660~~ (57′. PP.

AR. △ ♂ ad 10°. 68°. 21′.
PP. addenda 1. 57.

AR. ♂ 69. 18.

Hoc productum, auferendum est ex AR. M.C. cum ambo sint constituti inter septimam & M.C.

AR. M.C. 193°. 23′.
AR. ♂ 69. 18.

Distantia ♂ 124. 5. à M.C.
Distantia ♂ à M.C. est 124°. 5′. id est, secundæ 4°. 5′.

Pro distantia ⊕ à M.C.

AR. M.C. 193°. 23′. ♋

| | | | |
|---|---|---|---|
| Proxime minor | 4 | 94 | 22 |
| Proxime maior | 3 | 93 | 17 |
| | 1 | 1 | 5 |

60′—65′—5′
5
325
325
60(5′.PP.

AR. ⊕ ad 3°. 93°. 17′.
PP. addenda 5

AR. ⊕ 93. 22.

AR. M.C. 193°. 23′.
AR ⊕ 93. 22.

Distantia ⊕ 100 1 à M.C. id est, prima 40°. 1′.

Hinc nunc statuo △ ♂ significatorem, & per horaria tempora in distantiam diuido modo sequenti.

Horaria tempora ♂ 20. 25.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| | 20 | 25 | | |
| | 6 | 4 | | Product. 6°. 4′. |
| 22 2 | 4° | 8 | | |
| 2 | 0 2 | 30 | | |
| I. Resid. | 1 | 38 | | |
| | 1 | 20 1 | 40 | |
| | 1 | 21 | 40 | |
| II. Resid. | | 13 | 20 | |

Distat ergo à M.C. horis 6. 4′.

Hinc

Hinc nunc vtor hac dicendi formula: In vna hora temporali ⊕ tanquam promissor remouetur H. 20. 50′. 0″. quot gradibus & minutis remouebitur horis 6. 4′?

| | | | |
|---|---|---|---|
| | 20° | 50′ | |
| | 6 | 4 | |
| 2 | 0 | 0 | |
| | 5 | 20 | |
| | 1 | 3 | 20 |
| 2æ | 6° | 23′ | 20″ |

Horaria tempora ⊕. horæ temporales.

Quando itaque ⊕ absfuerit à M.C. 126°. 23′. 20″. eundem habebit cũ △ ♂ situm.

Ex hoc demum producto iuxta doctrinam de duobus promissoribus in eodem cœli quadrante constitutis traditam, aufero distantiam significatoris à M.C. & emergens ostendet directionem quæsitam.

| | | |
|---|---|---|
| Productum | 126. | 23′. |
| Distantia ⊕ | 100. | 1. |
| Directio quæsita | 26. | 22. |

Completis itaque annis 26. mensibus 4. diebus 12. eundem situm habebunt ratione M.C. fortuna & trigonus ♂.

## CAPVT X.

### *De effectibus Directionum iudicandis.*

HACTENVS de annuis temporibus & momentis eorum, quæ supra in generali iudicio fuerunt tacta, diximus; nunc quoque de iudicio eorum cognoscendo dicemus, & est hoc in loco diligentissime notandũ id, quod supra de significatoribus & promissoribus dictum est, quomodo videlicet dignitates quasdam recipiant, aut per se, aut per accidens. Item directionem aliam faustam aliam infaustam esse.

Faustam eam nomino, dum Planetæ benefici, vt ♃ & ♀. vel ☌. vel ⚹. vel △. occurrunt significatoribus beneficis suis radiis.

Infaustam, quando Planetę malefici corporibus aut □. aut ☍ significatoribus occurrunt maleficis suis irradiationibus: illa nato felicitatem & fortunium promittit, hæc infelicitatem & infortuniũ pollicetur. A Planetis quippe qualia accidentia desumantur, supra in generali iudicio, vnde petendum, explicatum est. Causa enim felicitatis vel per se, vel per accidens

cidens, à promissore significatur, id est, à personis & rebus, quas per sese promissor, & locus in quem directiones incidunt, significant. Vt in proposita genitura anno nati octauo, mense nono significatori vitæ mediocris occurret directio □ ♃. quæ cum nō sit infausta, vitæ discrimina nulla offert, sed tātum odia, vt Iunctinus testatur, inimicitias item & simultates excitabit. Sic anno 34. & aliquot mensibus completis significatori vitæ occurrit □ ♂tis hostilis malefici, portendit itaque circa illud tempus, si verum est natiuitatis thema, teste eodem Iunctino, nato quoddam in statu vitæ infortunium, cum Horoscopo occurret, qui vitæ significationem habet, febres item tertianas cum choleræ & vehementi sanguinis cholerici adusti ebullione & mala humoris efferuescentis adustione, dysenteriam, cholicas passiones, & multa incommoda & pericula corporis; vnde & bella & altercationes circa illud tempus sunt fugienda, nisi interire voluerit. Possunt etiam ex casu ab alto pericula incidere, & alia quæ significantur à ♂. vt supra fuse ostendimus.

## CAPVT XI.

### *De quantitate effectus directionis.*

QVantitatem hanc cognoscimus aut ex fortitudinibus, aut ex debilitatib. Planetarum in themate cōstitutorum: qui aut benefici sunt, aut malefici: quorum semper promissor primas sibi vendicat & effectus euidentiores producit.

Benefici & promissores & significatores aut sunt fortes in essentialib. dignitatibus ambo, aut in accidentalibus, aut debiles omnino, aut alter fortis, alter debilis.

Vterq; fortis, ratione essentialium dignitatum directionis effectum euidentiorem & vehementiorem reddit.

Vterq; debilis, ratione dignitatum accidentalium effectum directionis obscurum, & sæpissime etiam omnino euanescentem significat.

Alter fortis, alter vero debilis, effectus mediocris erit, & tum diligens ratio significatoris & promissoris fortitudinis habenda.

Significator tantum fortis, effectum quidem probabilibus causis non intentum ostendet.

Promissor tantum, apparebit quidem effectus, sed causis significatoris non respondens.

Malefici in radice seu themate natiuitatis promissores, si per directiones ad suos significatores peruenerint, similiter infortunia denunciāt, q̄ tamen effectū euidentiorē habēt, pro ratione fortitudinis vel debilitatis.

Fortitudinis, quia tum minora pericula minantur, & effectus euidentes reddunt.

Debilitatis vero, quia tum suam malitiam augent, euidentiora reddunt & insigniora infortunia.

Mediocres quoque effectum significant, sed qui interuenientib. beneficorum aspectibus facile dissoluitur.

*Nota:* si forsan plures directiones inter se pugnantes in eundẽ inciderint annum, eas tum posse affectus suos exercere, vel non posse. Possunt exercere, si significatores fuerint diuersi, vt si benignus significatori diuitiarum occurrat, potest natus in illo anno ingentes diuitias & facultates sibi comparare, cum tamen similiter etiam possit grauiter decũbere, si significatori horoscopi maleficus occurreret. Vel si in aliquem annum incidant vnius & eiusdem significatoris directiones qualitate inter se pugnãtes, i.e. vna fausta, altera infausta, cum talis vnius significatoris diuersas directiones à se inuicẽ distare aliquo interuallo necesse sit; vtraq; quidem effectum suum, sed tamẽ diuersis anni temporib. ciere potest. Hinc etiam sæpe videmus, aliquem grauissimis in principio reuolutionis anni morbis & aduersitatibus premi, in medio vero & fine anni insigniter facultatibus augeri. Non possunt, si nulla fuerit inter datos directionum significatores disconuenientia. Licet enim altera sit benefica, altera malefica, nunquam tamen ambæ suas exercebunt vires, sed tollentur; cum contraria contrariis mutuo tollantur, nisi id impedierit alterius Planetæ significatoris dignitas, alterius vero debilitas.

## CAPVT XII.

### *De annuis progreßionibus.*

HActenus primam specialis iudicii partem absoluimus, quæ fuit de annis & momentis directionum, sequitur nunc de altera, progressionibus videlicet. Hæ sunt aut annuæ, aut menstruæ. Progressiones annuæ nihil aliud, quam æquales significationum sub Zodiaco progressiones exhibent. Verum enimuero hoc omnium est certissimum, quodlibet punctum Zodiaci, qualecunq; etiam illud sit primo hominis exortu, non permanere in eo, quo positum fuit gradu & minuto, quacunq; etiam ratione atq; modo, quaque harmonia sit dispositum, sed singulis annis, vel plurib. progredi & suũ cursum absoluere, ad idem progrediendo punctũ suo cõstituitur tẽpore, quo infans est in hanc lucẽ editus. Quot vero annis quilibet Planeta suũ cursum absoluat, ex Sphæricis cõpertũ habem⁹.

Menstruæ ꝓgressiones, sub quib. & diurnas cõprehendimus, sunt aliquorũ, non omnium Planetarũ, quæ diurnæ vero, vnius ☽ tantũ. Planetarum aliquorũ; vt ☉ & eorũ, qui annuo spatio cum Sole cursum suũ absoluentes, satellites Solis dicti, singulis mensibus vnum Zodiaci signum percurrunt.

Non omniū; vt ♄ ♃ & ♂. quia primus triginta annorum, ſecundus duodecim, tertius biennii ſpatio ſuum curſum abſoluunt, & ſic non ſingulis menſibus, ſed aliquibus & pluribus annis ſigniferum, aut huius aliquam partem conficiunt. Et excogitatæ ſunt hæ menſtruę profectiones, vt non ſolum annus futuri euentus, ſed ſpecialius quoque tempus, menſis videlicet & dies, cognoſcatur; qui modus abſoluitur, quando, inquirens ſignum, quod horoſcopus vel alius quicunque ſignificator perambulat, annos natiuitatis complete numeratos, per duodecim diuiſeris, reſiduoque numerum iſtius ſigni, in quo ſignificator conſtituitur, addideris, & aggregatum numerum ſigni profectionis ſignificatoris oſtendet. Series autem ſignorum hæc eſt:

| | | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 | 11 | 12. |
| ♈ | ♉ | ♊ | ♋ | ♌ | ♍ | ♎ | ♏ | ♐ | ♑. | ♒ | ♓. |

Exempli gratia, cupio ſcire, quod ſignum Horoſcopus peragret anno ætatis nati 22. ſumo numerum annorum completum nati, qui eſt 21. qui per 12. diuiſus relinquit 9. qui numerus, ſeu quod reſiduū ſigno Horoſcopi ♓ additum, æque nouenario numero notato productum additionis dat 18. à quibus, pro numero vero alicuius in ſerie poſiti ſigni cōſequēdo, reiectis 12. relinquuntur ſex, numerus ſc. reſpondens ſigno ♍. Quare Horoſcopus ſecundū profectiones anno ætatis nati currente 22. perueniet ad ſignū ♍. obtinebitq; eundē cum ſigno Horoſcopi radicis gradum, eademq; minuta, videlicet 12°. 47′. ♍. Cum vero difficilimū ſit omnia per duodenariā diuiſionē inquirere, ſequens tabula ab artificibus generalis, ad oēs quadrās natiuitates, cum ſpecialis ſit cuiuſq; natiuitatis, quā cōſtituere docebo, eſt excogitata: in qua verſus ſiniſtrā annus ætatis currens, in fronte vero tabulæ ſignū Horoſcopi, quod fuit tempore natiuitatis offertur, & cōmunis angulorum concurſus ſignum, quod ſignificator ad præſentem ætatis nati annum perambulat, monſtrabit. Exempli gratia: inquiremus ſignum, quod Horoſcopus anno 21. in 12°. 47′. ♐ radicis tenuit: primum numerum 21. ex tabula elige, poſtea quoq; ſignū ♐ Horoſcopi radicis, & communis angulorum concurſus exhibet ſignū ♌ quæſitum, quod profectionale ſignum fuiſſe colligo.

Specialis tabula, & ſingulis natiuitatibus propria potiſſimum ex locis Hylegialibus, & talem dignitatem ſuſcipientibus, vt Horoſcopo, ☉. ☽. ⊕. M. C. conficitur, (vbi tamen & alios Planetas, ſi placuerit, & operæ pretium viſum fuerit, adiicere licet, ſiquidem ex illa potiſſimum, quanta ſit profectionum cuiuſque natiuitatis efficacitas potiſſimum apparet) modo ſequenti.

Primo, lineæ octo eiuſdem diſtantiæ, vt ſingulis duo diuerſi numeri & ſigna

& ſigna cœli, ſuperiore continente annos Chriſti collectos, commode inſcribi poſſunt, in latitudinem ducantur & in longitudinem 12.

Deinde in columnulis verſus ſiniſtram anni ætatis nati currentes petantur, ita vt quælibet columnula annos contineat duodecim, reſpondentes duodecim ſignis Zodiaci, talesq́ue columnulæ aſſumantur ſex, cum vltra annum 72. hominum ætas raro ſeſe extendat.

Tertio è regione annorum ſignificatores cum gradibus & minutis in themate conſtitutis, in frontem tabulæ ſcribantur.

Quarto ab initio ſigni ſignificatoris reliqua duodecim ſigna ad calcem tabulæ, qualiacunque etiam illa ſint, ſubiiciantur, habebis tabulam confectam modo ſequenti.

## TABVLA GENERALIS.

| | | | | | | | | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1 | 13 | 25 | 37 | 49 | 61 | ♈ | ♉ | ♊ | ♋ | ♌ | ♍ | ♎ | ♏ | ♐ | ♑ | ♒ | ♓ |
| 2 | 14 | 26 | 38 | 50 | 62 | ♉ | ♊ | ♋ | ♌ | ♍ | ♎ | ♏ | ♐ | ♑ | ♒ | ♓ | ♈ |
| 3 | 15 | 27 | 39 | 51 | 63 | ♊ | ♋ | ♌ | ♍ | ♎ | ♏ | ♐ | ♑ | ♒ | ♓ | ♈ | ♉ |
| 4 | 16 | 28 | 40 | 52 | 64 | ♋ | ♌ | ♍ | ♎ | ♏ | ♐ | ♑ | ♒ | ♓ | ♈ | ♉ | ♊ |
| 5 | 17 | 29 | 41 | 53 | 65 | ♌ | ♍ | ♎ | ♏ | ♐ | ♑ | ♒ | ♓ | ♈ | ♉ | ♊ | ♋ |
| 6 | 18 | 30 | 42 | 54 | 66 | ♍ | ♎ | ♏ | ♐ | ♑ | ♒ | ♓ | ♈ | ♉ | ♊ | ♋ | ♌ |
| 7 | 19 | 31 | 43 | 55 | 67 | ♎ | ♏ | ♐ | ♑ | ♒ | ♓ | ♈ | ♉ | ♊ | ♋ | ♌ | ♍ |
| 8 | 20 | 32 | 44 | 56 | 68 | ♏ | ♐ | ♑ | ♒ | ♓ | ♈ | ♉ | ♊ | ♋ | ♌ | ♍ | ♎ |
| 9 | 21 | 33 | 45 | 57 | 69 | ♐ | ♑ | ♒ | ♓ | ♈ | ♉ | ♊ | ♋ | ♌ | ♍ | ♎ | ♏ |
| 10 | 22 | 34 | 46 | 58 | 70 | ♑ | ♒ | ♓ | ♈ | ♉ | ♊ | ♋ | ♌ | ♍ | ♎ | ♏ | ♐ |
| 11 | 23 | 35 | 47 | 59 | 71 | ♒ | ♓ | ♈ | ♉ | ♊ | ♋ | ♌ | ♍ | ♎ | ♏ | ♐ | ♑ |
| 12 | 24 | 36 | 48 | 60 | 72 | ♓ | ♈ | ♉ | ♊ | ♋ | ♌ | ♍ | ♎ | ♏ | ♐ | ♑ | ♒ |

## TABVLA SPECIALIS.

| 1572 | 1584 | 1596 | 1608 | 1620 | 1632 | Horosc. 12° 47′ | ☉ 20° 47′ | ☽ 11 9 | ⊕ 3 5 | M.C. 15 36 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1<br>2 | 13<br>14 | 25<br>26 | 37<br>38 | 49<br>50 | 61<br>62 | ♐<br>♑ | ♑<br>♒ | ♌<br>♍ | ♋<br>♌ | ♎<br>♏ |
| 3<br>4 | 15<br>16 | 27<br>28 | 39<br>40 | 51<br>52 | 63<br>64 | ♒<br>♓ | ♓<br>♈ | ♎<br>♏ | ♍<br>♎ | ♐<br>♑ |
| 5<br>6 | 17<br>18 | 29<br>30 | 41<br>42 | 53<br>54 | 65<br>66 | ♈<br>♉ | ♉<br>♊ | ♐<br>♑ | ♏<br>♐ | ♒<br>♓ |
| 7<br>8 | 19<br>20 | 31<br>32 | 43<br>44 | 55<br>56 | 67<br>68 | ♊<br>♋ | ♋<br>♌ | ♒<br>♓ | ♑<br>♒ | ♈<br>♉ |
| 9<br>10 | 21<br>22 | 33<br>34 | 45<br>46 | 57<br>58 | 69<br>70 | ♌<br>♍ | ♍<br>♎ | ♈<br>♉ | ♓<br>♈ | ♊<br>♋ |
| 11<br>12 | 23<br>24 | 35<br>36 | 47<br>48 | 59<br>60 | 71<br>72 | ♎<br>♏ | ♏<br>♐ | ♊<br>♋ | ♉<br>♊ | ♌<br>♍ |

Ex hac propoſita tabella præcipuorum ſignificatorum propoſitæ geniture profectiones ad quemcunq; annum ætatis currẽtem deprehenduntur, vt domo ætatis 23. Horoſcopus offert has progreſſiones.

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 1. | Horoſcopi | | 12° | 47′ | ♍ | ♎ |
| 2. | ☉lis | ad | 20° | 47′ | ♎ | ♏ |
| 3. | ☽ | ad | 11 | 9 | ♉ | ♊ |
| 4 | ⊕ | ad | 3 | 5 | ♈ | ♉ |
| 5. | M. C. | ad | 15 | 36 | ♋ | ♌ |

Aliud exemplum.

Anno ætatis 9. currente □ ♃ mediocris directione mediocri occurret Horoſcopo, cupio ſcire eiuſdem anni profectiones, hæc ſigna monſtrat tabella hoc ordine.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| 1. | Horoſcopus | ad | 12° | 47′ | ♌ |
| 2. | Corpus ☉ | ad | 20 | 47 | ♍ |
| 3. | Corpus ☽ | ad | 11 | 9 | ♈ |
| 4. | ⊕ | ad | 3 | 5 | ♓ |
| 5. | M.C. | ad | 15 | 36 | ♊ |

Aliud exemplum.

Anno ætatis currẽte 34.occurrit Horoſcopo □ ♂ hoſtilis,cupio ſcire eiuſdem currentis anni profectiones currentes, & exhibet tabula ſequentes.

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 1. | Horoſcopi | ad | 12° | 47′ | ♍ |
| 2. | Corpus ☉ | ad | 20 | 47 | ♎ |
| 3. | Corpus ☽ | ad | 11 | 9 | ♉ |
| 4. | ⊕ | ad | 3 | 5 | ♈ |
| 5. | M.C. | ad | 15 | 36 | ♋ |

Inuento ſic gradu & minuto, ad quod profectio alicuius ſignificatoris pertingit in dato annorum numero, cum eo primum ipſum thema, poſtea tabulam aſpectuum ingredere,& vide in quam domũ radicis profectio incidat,& quinam promiſſores ordine ſignificatori ad hoc Zodiaci punctum producto eo anno occurrant. Vt in primo exemplo Horoſcopi profectio anno currente 23.pertingit ad 12°.47′.♎. cum hoc inuẽto puncto,videlicet 12°.47′.♎.ingredior ipſum thema, & animaduerto Horoſcopi profectionem in domum radicis incidere decimam.Deinde idem punctum profectionale horoſcopi mitto in tabulam radiationum, & deprehendo ordine hos promiſſores eo anno Horoſcopo occurrentes.

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 1. | □ | ☿ | in | 17°. | 35′. | ♎ |
| 2. | □ | ☉ | in | 20 | 47 | ♎ |
| 3. | □ | ♀ | in | 25 | 22 | ♎ |
| 4. | □ | ☽ | in | 11 | 9 | ♏ |
| 5. | ♄ | corpus | in | 14 | 37 | ♏. &c. |

Eodem plane modo Solem anno ætatis 23.currente peruenturum eſſe ad 20°.47′.♏.tabella indicat, quod ſignum in themate radicis conſtituitur in 11.domo. Ex tabula autem aſpectuum deprehẽdo hos promiſſores,vel eum ad hos applicaturum.

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 1. | ad | ♄ corpus | in | 14° | 37′ | ♏ |
| 2. | ad | ✶ ☿ | in | 17 | 35 | ♏ |
| 3. | △ | ♃ | in | 19 | 37 | ♏ |
| 4. | ad | ✶ ☉ | in | 20 | 47 | ♏ |
| 5. | ad | ✶ ♀ | in | 25 | 22 | ♏ |
| 6. | ad | ✶ ♂ | in | 10 | 54 | ♐. |

In altero exemplo.

Anno ętatis currente 34.video Horoſcopum ad hos promiſſores peruenturum eſſe.

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 1. | ad ✱ | ♄ | in | 14°. | 37′. | ♍ |
| 2. | ad △ | ☿ | in | 13. | 35. | ♍ |
| 3. | ad ☍ | ♃ | in | 19. | 37. | ♍ |
| 4. | ad △ | ☉ | in | 20. | 47. | ♍ |
| 5. | ad △ | ♀ | in | 25. | 22. | ♍ |
| 6. | ad corpus | ♂ | in | 10. | 54. | ♎ |

Eodem anno profectiones Solis ſunt.

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 1. | □ | ♀ | in | 25°. | 22′. | ♎ |
| 2. | □ | ☽ | in | 11. | 9. | ♏ |
| 3. | ♄ | corpus | in | 14. | 37. | ♏ |

Eodem anno Lunæ profectiones ſunt,

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 1. | □ | ☽ | in | 11. | 9. | ♉ |
| 2. | ☍ | ♄ | in | 14. | 37. | ♉ |
| 3. | △ | ☿ | in | 17. | 35. | ♉ &c. |

Inuentis ſic per tabulam profectionum annuarum & tabulam aſpectuum promiſſoribus, qui quolibet anno ſignificatori occurrunt, menſes quoq; & dies inueſtigentur, quibus promiſſor quilibet ſuo ſignificatori eſt occurſurus, hoc modo: Diſtantiam per ſubtractionem loci ſignificatoris, cuius profectio inſtituta eſt, à loco promiſſoris, additis 30. ſi ſubtractio fieri non poſſit, inuentam multiplica per 12. dies & 10. minuta; vel 12. dies & 4. horas, & productum tempus inter principium anni currentis & momentum, quo ad ſignificationem applicaturus eſt promiſſor, exhibebit medium in diebus & dierum ſcrupulis & horis, quos dies ſi à principio natiuitatis numeraueris, inuenies menſem ac diem, in quem profectio propoſita incidet.

Exempli gratia in annum 23. currentem propoſitæ geniture incidũt Horoſcopi profectiones, id eſt, ad □ ☿ in 17°. 35′. ♎ &c. Scire cupio, quibus diebus anni Horoſcopus hunc promiſſorem ſit aſſecuturus.

1. Pro □ ☿.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Locus promiſſoris □ ☿ | in | 17°. | 35′. | ♎ |
| Locus ſignificatoris Horoſcopi | in | 12. | 47. | ♎ |
| Diſtantia | | 4. | 48. | |

Hanc diſtantiã per dictos 12. dies & 10. minuta, multiplico hoc modo.

Prode-

| | | | |
|---|---|---|---|
| | 4° 12 | 48′ 10 | |
| o | 48 9 | 36 | |
| | o | 40 8 | o |
| | 58 | 24 | o |

Prodeunt dies 58. horæ 24. o′. quibus ab anni currentis 23. principio elapsis, □ ☿ ad Horoſcopum perducetur.

Hi dies à principio anni, ſiquidē natiuitas in principium anni incidit, numerentur, & offert ſe dies 28. Febr. anni 95. Eodē plane modo cum reliquis agendum. Ne autem nimium temporis conſumatur in numerandis diebus ex Ephemeride, conficiatur ad vnamquamlibet geniturā tabula menſium anni communis, & biſextilis, in qua reſiduis diebus menſis dati continua ſerie addantur dies reliquorum menſium, numerando in anno cōmuni dies 365. in anno biſextili 366. & quoties alicuius menſis dies quæritur, tunc ex tabula menſium minor numerus è producto auferatur, & relinquitur dies menſis ſequentis. Quod ſi vero productum præciſe in tabula reperitur, tunc vltimus dies eiuſdem menſis aſcripti erit is, in quem incidet profectio. Vt exempli gratia: productum noſtræ profectionis □ ☿ ad Horoſcopum eſt 58. dierum, horarum 24. o′. Illum numerum in tabula menſium, ſi 24. horas mutauero in diem, inuenio, quare ſubtractione non eſt opus; ſi vero non inuenero, tunc prædicto modo eſt agendum.

## TABVLA MENSIVM PROPOSITÆ GENITVRÆ.

| Menſium dies | Annus communis | Biſſextilis. |
|---|---|---|
| Ianuarius 31 | 31 | 31. |
| Februarius 28. 29 | 59 | 60. |
| Martius 31 | 90 | 91. |
| Aprilis 30 | 120 | 121. |
| Maius 31 | 151 | 152. |

| | | | |
|---|---|---|---|
| Iunius | 30 | 181 | 182. |
| Iulius | 31 | 212 | 213. |
| Auguſtus | 31 | 243 | 244. |
| September | 30 | 273 | 274. |
| Octobeer | 31 | 304 | 305. |
| Nouember | 30 | 334 | 335. |
| December | 31 | 365 | 366. |

Ratio autem huius operationis, quare per 12. diſtantia ſit multiplicanda, liquido apparet. Quando enim quilibet ſignificator diebus trecentis ſexaginta quinque, horis quinque, minutis 49.30°. ſeu vnum Zodiaci ſignum abſoluit, ſequitur 12. diebus, 4. horis, vel, quod idem eſt, vna ſexta diei parte, & aliquibus minutis abſoluere vnum gradum, id quod opera regulæ proportionum dicitur, hoc modo. Vno anno, hoc eſt, 365 diebus, 5. horis, 49′. conficit ſignificator 30°. Zodiaci, quot diebus conficiet vnũ gradum? Atque vt melius perfici poſſit operatio, omnes numeri medio loco poſiti ad vnam denominationẽ videlicet ſcrupulorum primorum horæ vel diei redigantur, hoc modo.

30°——D.365——H.5——49′.——1°.

```
    24
  ----
  1460
  7305
 ------
  8765
    60
 ------
525900
    49
 ------
525949′.
```

```
21     1
525949
333330(17531′.

 841
17531
 6660 (292.horæ.

 4
 84
292
244(12.dies, 4.horæ.
 2
```

Inuer-

Inuersio.

1°—D.12—H.4—11′—30°.

24
48
244
292
60
17520
11
17531
30
525930
19
525949

~~433~~
~~525949~~′
~~66660~~ (8765 horæ

~~4~~
~~43~~
~~252~~
~~8~~~~6~~5(365.dies 5.horæ, 49.minuta
~~2444~~
~~22~~

Vnum igitur gradũ in annua profectione conficit 12.diebus,& 4.horis, quæ quatuor horæ 10.minuta diei cõstituunt. Per hos itaq; 12. dies & 10.minuta diei multiplicetur differentia seu distantia promissoris cuiuslibet à suo significatore, hoc modo: Vnum gradum quilibet significator in annua profectione conficit 12.diebus & horis 4.quot diebus & minutis seu horis conficiet gradus sex vel octo, vel quotquot inter significatorem & promissorem fuerint intermedii? Vt in proximo exemplo distantia Horoscopi significatoris à □ ☿ est 4°.48′. Dico itaq; hoc modo. Vnum gradum Zodiaci conficit Horoscopus significator in profectione annua 12.diebus, 4.horis, id est, 10′. quot diebus & horis peragrabit 4. gradus & 48.minuta.

Peracta iuxta regulam proportionũ multiplicatione, quia vnitas non diuidit, productum inuenies.

| | | | |
|---|---|---|---|
| | 4° 12 | 48′ 10 | |
| 0 | 48 9 | 36 | |
| | 0 | 40 8 | 0 |
| | 58 | 24 | —0 Productum. |

Aliud

Aliud exemplum.

In annum ætatis currentem 34. incidit infauſta directio Horoſcopi ad □ ♂. ac concurrunt eiuſdem horoſcopi plures profectiones, partim fauſtæ, partim infauſtæ paulo ante enumeratæ, cupio ſcire eiuſdem anni propoſiti 34. dies infauſtos, quibus ab his malignorum radiorũ occurſoribus nato pericula fuerint metuenda.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 1. Pro ☍ ♃ | in | 19°. | 37′. | ♍ |
| Significator Horoſcopus | in | 12. | 47. | ♍ |
| Diſtantia | | 6. | 50. | |

| | | | |
|---|---|---|---|
| | 6<br>12 | 50<br>10 | |
| 1 | 12<br>10 | 0 | |
| | 1 | 0<br>8 | 20 |
| Prod. 1 | 23 | 8 | 20 |

Prod. 1 | 23 | 8 —20 id eſt, 83. Dies 8. Horæ, 10′.

Elapſis à principio anni diebus 83. horis 8. 20′. Horoſcopus attinget oppoſitum ♃. Si itaque à principio anni ætatis 34 currentis, hi 83. dies, 8. horæ, 20′. numerentur, monſtrabunt diem 24. Martii anni currentis 34. id eſt, anni Chriſti 606.

Aliud exemplum.

Secundo pro die corporis ♂ inueniendo, qui etiam maleficus eſt.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Promiſſor ♂ corpus | in | 10°. | 54′. | ♎ |
| Significator Horoſcopi | in | 12. | 47. | ♍ |
| Diſtantia | | 28. | 7. | |

| | | | |
|---|---|---|---|
| | 28°<br>12 | 7′<br>10 | |
| 5 | 36<br>1 | 24 | |
| | 4 | 40<br>1 | 10 |

5
60
—
300
42 H.
—
342 5. 10′.

Prod. 5—42 | 5 | 10 id eſt; D. 342. H. 5. 10′.

Elapſis itaque ab initio anni diebus 342. 5. h. 10′. incidit directio Horoſcopi admodũ infauſta ad corpus ♂. quod fit 8. Nouem. An. 606. &c.

Cum

Cum vero multiplicatio hæc admodum tædiosa sit, prodest ad illam euitandã idem tempus, quod distãtiæ promissoris à significatore respondet, ex sequenti tabula desumi. Gradus enim differentiæ in sinistro quæratur margine descendente, ac versus dextram statim sese offert tempus in diebus, horis, & horarum scrupulis, numero graduum respondens.

Pro singulis vero quinque minutis gradibus differentiæ adhærentibus, singuli dies tempori ex tabula descripto adiiciantur, ac tempus profectionis conflabitur, vt in antecedente exemplo distantia erat 28°. 7′. His in sinistro latere descendente quæsitis respondent dies 340. horæ 21. minut. 25. & ostendunt insuper vnum diem, horas nouem, minuta tria, tempori in tabula oblato adiicienda esse: & emergit tempus profectionis 342. D. 6. H. 28. M. differẽtia horum temporũ est vnius horæ, 18. minutorum: tutius ergo erit ipsum calculum adhibere, quam tabulæ fidem dare.

TABVLA SIC EST.

| Gradus | Dies | Hora | Min. |
|---|---|---|---|
| 1 | 12 | 4 | 12 |
| 2 | 24 | 8 | 23 |
| 3 | 36 | 12 | 35 |
| 4 | 48 | 16 | 46 |
| 5 | 60 | 20 | 58 |
| 6 | 73 | 1 | 10 |
| 7 | 85 | 5 | 21 |
| 8 | 97 | 9 | 33 |
| 9 | 109 | 13 | 45 |
| 10 | 121 | 17 | 56 |
| 11 | 133 | 22 | 8 |
| 12 | 146 | 2 | 19 |
| 13 | 158 | 6 | 31 |
| 14 | 170 | 10 | 42 |
| 15 | 182 | 14 | 44 |
| 16 | 194 | 19 | 56 |
| 17 | 206 | 23 | 9 |
| 18 | 219 | 3 | 21 |
| 19 | 231 | 7 | 33 |
| 20 | 243 | 11 | 46 |
| 21 | 255 | 16 | 59 |
| 22 | 267 | 20 | 12 |
| 23 | 279 | 0 | 25 |
| 24 | 292 | 4 | 37 |
| 25 | 304 | 8 | 49 |
| 26 | 316 | 13 | 2 |
| 27 | 328 | 17 | 13 |
| 28 | 340 | 21 | 25 |
| 29 | 352 | 1 | 37 |
| 30 | 365 | 5 | 49 |

## CAPVT XIII.

### *De Chronogratoribus annuis.*

CHronogrator ſeu Dominus anni nominatur is Planeta, qui in ſigno profectionali Horoſcopi dominium ſeu domicilium ſuum obtinet. Et adhibetur huius conſideratio tanquam maioris certitudinis teſtimonium in directionibus & profectionibus. Erit autem Chronogrator aut benignus, aut malignus Planeta.

Benignus in radice fortis bonitatem directionis aut profectionis fauſtæ auget, malitiam ſeu malignitatem, vt loquuntur, infauſtæ imminuit.

Malignus in radice debilis, infauſtam quoq; directionẽ & profectionem efficit, exempli gratia: Anno currente 23. Horoſcopi profectio ad ſignum ♎ pertingit. Erit itaque iſtius anni domina ♀ quod domicilium in ſigno ♎ obtineat.

Cum vero raro accidat, vt Horoſcopus in alicuius ſigni initium incidat, dominium anni plerunq; duobus diuerſis Planetis tribuitur, quorũ prior iſtius anni partem gubernat priorem, reſpondentem poſterioribus ſigni propoſiti gradibus, poſterior reliquam anni partem ad finem vſq;. Exempli cauſa, in propoſito exemplo Horoſcopus in 12°.47'. ♎ incidit, durabit itaque profectio hæc, prout tabula oſtendit, per dies 146. quibus ♀ Chronogratór, poſtea accedente ſigno ♏. Chronogrator erit ♂ per reliquos ad finem anni gradus.

## CAPVT XIV.

### *De tranſitibus.*

TRanſire Planetæ per certa thematis loca dicuntur, cum corpore in his præſentes ſunt, vel etiam dum radiis ſuis benignis vel malignis ea feriunt. Obſeruantur autem per hæc præcipue ſex loca Planetarũ tranſitus. 1. Per Horoſcopum. 2. Per locum Solis. 3. Per locum Lunæ. 4. Per locum ⊕. 5. Per locum M.C. 6. Per locũ Planetæ, qui Horoſcopo dominatur. Ac ſi in idem tempus incidunt directiones ac trãſitus benignorum Planetarum per hæc radicis loca, effectus directionum à tranſitibus perinde vt à profectionibus extimulantur ac prouocantur. Porro de tranſituum ſupputatione regulas tradere, non eſt neceſſarium, cum cuilibet ex Ephemeridum inſpectione innoteſcere hi poſſint. Vt in noſtro exemplo anno 94. ♀ locum ☉ tranſit die 17. Nouembris. Sic ♄ ☍ radio tanget 28. die Aprilis.

## CAP. XV.

### *De directione Horoſcopi ad Planetarum fines ſeu terminos.*

PRÆTER enumeratas deductionum formas artifices quoque dirigere ſolent Horoſcopum ad Planetarum fines ſeu terminos. Vocatur autem talis Planeta, ad quem certo annorum numero tali progreſſione Horoſcopus deducitur, Algebuthar, ſeu diuiſor, ſiquidem ex eius quoq; conditione ſignificatoris alicuius accedentis certitudo depromitur. Ad hanc autem directionem perficiendam cognitio tabulæ eſſentialium dignitatum Planetarum requiritur, vt abſque tædio ſummo cognoſcatur, in quibus ſignificatorum partibus quilibet ex quinq; Planetis ſuperioribus finium dominium obtineat, & quouſque ſe id extendat. Inuentis ſic finibus, directionis ſequenti modo operationem inſtitue. Ad inuentum Planetæ, cuius fines requiris, in themate gradum aſcendentem, ex tabulis Regiomontani inquire aſcenſionem obliquam vltimi gradus finium, ( ſeu quære aſcenſionem obliquam gradus, in quo termini iſtius Planetæ deſinunt & alterius initium ſumunt ) à qua aſcenſionem obliquam ſubtrahe Horoſcopi, & aggregatum directionem quæſitam oſtendet, vbi pro ſingulis gradibus ſingulos annos, pro minutis menſes & dies, vt ſupra, numerabis, vt in propoſito ſuperiori exemplo Horoſcopus cõſtituitur in 12°.47′. ♐ verſatur in vltimis terminis ♃. in illisque exiguo temporis ſpatio verſabitur, cum duodecimus gradus ſit vltimus terminus ♃. in quo tamen hærebit, donec perferatur ad 13°. eiuſdem ſigni, vbi dominium terminorum ſuſcipiet ♀. Quæro itaque huius extimi gradus ♃ ſeu gradus termini ♀. i. e. 13°. ♐ aſcenſionem obliquam in eleuatione graduum 53. eam exhibet tabula 284°. 45′.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| A. obliqua termini | ♀ | ad 13°. | eſt | 284°. | 45′. |
| A. obliqua Horoſc. | 12°. ♐ | | | 283. | 26. |
| Differentia | | | | 1 | 19. |

Directionis quæſitæ arcus exhibet 1°. 19′. quibus reſolutis dant vnum annum 3. menſes & 24. dies, quibus Horoſcopi Algebuthar ſeu diuiſor erit ♃. His vero completis Horoſcopus ad terminum ♀ perueniet. Rurſus ex eadem finium tabula deprehẽdo Horoſcopum in ♀ termino permanſurum vſque ad gradum 17. eiuſdem ſigni, cuius aſcenſio obliqua eſt 289°. 54′.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| A. obl. termini | ♀ | ad 17°. eſt | 289°. | 54′. |
| A. obl. Horoſcopi | | | 283. | 26. |
| | | | 6. | 28. Directio quæſita. |

Anno

Anno itaque elapſo 6. menſibus 5. diebus 18. Horoſcopi Algebuthar erit ☿ ſeu diuiſoris Horoſcopi ſignificationem adipiſcetur, cum primo anno & aliquot menſib. habuerit ♃. & ad hunc vſq; terminum ♀. Rurſus ex eadem tabula deprehendo Horoſcopum in ☿ termino permanſurum vſque ad 21°. eiuſdem ſigni, vbi tunc Algebuthar erit ♄. cuius aſcenſio obliqua quærenda.

| | | | |
|---|---|---|---|
| A. obl. ☿ ad 21° ♐ eſt | 294°. | 51′. | |
| A. obl. Horoſc. eſt | 283. | 26. | |
| | 11 | 25 | Directio quæſita. |

Anno itaque 11. elapſo menſibus 5. gubernationem Horoſcopi adipiſcetur ♄. Ab anno vero 6. menſibus 5. & diebus 18. vſque ad 11. & menſ. 5. erit Algebuthar ☿. Sic quoq; ex eadem tabula vlteriores quæro huius ſigni fines pro alio diuiſore inueniendo, & deprehendo aſcenſionem obliquam ad 26°. ♄ eſſe 300°. 46′.

| | | |
|---|---|---|
| A. obl. termini ♄ ad 26. ♐ | 300. | 46. |
| A. obl. Horoſc. | 283. | 26. |
| Directio quæſita. | 17. | 20. |

Ab anno itaque 11. & menſibus 5. vſque ad annum 17. ætatis Algebuthar erit ♄. à quo gubernationem incipit ♂. Sic de reliquis.

## CAPVT XVI.

### *De effectibus annuarum profectionum.*

DIXIMVS in ſuperioribus de vſu annuarum profectionum, qui in duobus potiſſimum conſiſtit. Primo enim in genere oſtendunt, an eo anno, in quem incidũt fauſtæ vel infauſtæ directiones, effectum ſuum ſint inchoaturæ, an vero in aliquem annorum ſequentium delaturæ. 2. Cum de anno effectus conſtat, cognoſcuntur per eos tempora ſpecialiora, id eſt, menſes iſtius anni ac dies, in quibus euidentiſſime effectum ſuũ directiones quæuis ſunt oſtenſuræ, de his ſequentes obſerua regulas.

1. Conſidera an profectiones & directiones habeant eaſdem ſignificationes, id eſt, an ſimul fauſtæ vel infauſtæ ſint, an vero alia fauſta, alia infauſta: quis item ſit promiſſor, quis ſignificator. Si enim ſimul fuerint fauſtæ, euidens erit directionis ſignificatum, aliàs directiones quidẽ ſunt euidentes, cum profectiones & directiones per ſe parum poſſint.

2. Si fuerint ſimul infauſtę, effectum ſuũ exercebunt, vbi tamen ſemper peioris aſpectus ratio habenda eſt.

3. Si profectiones annuæ cum qualitatibus directionis congruerint, i.e. si ad directiones faustas faustæ profectiones, vel ad infaustas infaustæ profectiones eo anno accesserint, effectus istius directionis faustæ vel malæ potissimum eo anno sese exeret.

4. Si vero inter se pugnauerint directiones & profectiones, directionis vis & effectus remissior aut obscurior erit, vel prorsus tolletur, ac in sequentium annorum aliquem effectus differetur, eum nimirum, in quē profectiones simul incidunt. Nam vt directoris, ob varios promissores, vis sese in aliquot annos extēdit, ita quoq; notandū est eius effectum initio euidentiorem, in fine vero remissiorem futurum esse. Exempli gratia, in annum 34. currentem incidit infausta directio □ ♂ ad Horoscopum, quæ insigne aliquod periculum, vt supra indicatum, minatur. Cupio scire, vtrum eo anno habitura sit suum directio effectum. Considero principalium in themate significatorum, in primis vero ☉lis, ♄. & ♂. profectiones, earumq; qualitates, & deprehendo in eundem annum currentē 34. aliquot mediocres, pessimam tamen corporis ♂ ad Horoscopū profectionem incidere. Quare concludo, significatores supra indicatos suā potissimum vim eo anno habituros. Atque hoc modo cum directionibus considerantur in genere profectiones, quarum tamē sequens in specie vsus est obseruandus.

Specialis profectionū vsus est, vt istius anni, quo per precedētia cōstat, directionē effectū suū esse habiturā, dies fausti vel infausti ꝓ directionis qualitate, per progressiones inquirantur. Si itaq; in annū aliquē directio fausta vel infausta, & ꝓfectiones similes incidūt, ac tēpus anni specialius, i.e. mēses & dies, felices & infelices scire cupis; Primo qualitatē directionis considera, vtrū videlicet mala ea sit, an bona, eiusdemq; significatorē & promissorē. Secundo profectiones similes collige, i.e. si directio mala est, malas; si vero bona est, collige bonarū profectionū, in primis tū istorum significatorū ac promissorū, quorū facta est directio, qualitates. His inuentis, ex doctrina antecedenti dies quære anni, in quos profectiones hoc modo collectæ qualitateq; cum directione conuenientes incidunt: his enim diebus potissimum effectus directionis sese ostendet, ac inprimis illis diebus, in quos profectiones istorum significatorum ac promissorum incidunt: quorum sunt factæ directiones. Sumitur. a. iudicium de effectu progressionū eodem modo in directionibus à significatoris & promissoris natura, quatenus aut bona aut mala est profectio huius vel illius significatoris vel promissoris. Et desumitur ab iis, q̄ per se, i.e. in essentialib. dignitatibus & per accidens significant. Est & hoc loco domicilii natura perpendenda, eo quo supra dictum modo.

CAP.

## CAP. XVII.

### *De effectibus transituum.*

TRansitus quoque Planetarum, qui in hoc iudicio adhibentur, similiter vt directiones & profectiones considerantur, aut generaliter, aut specialiter.

Generaliter, quando vna cum profectionibus & Chronogratoribus annuis ad directiones adhibentur, vt ostendant an eæ profectiones suos sint eo anno, in quem incidunt, effectus habituræ. Quando itaque in aliquem annum incidit directio felix & fausta, vel etiam aduersa, considerentur vna cum profectionibus etiam Planetarum trāsitus per loca præcipuorum significatorum & promissorum, in primis vero istorum, quorum sunt factæ directiones & profectiones, & videatur, an transitus eo anno congruant qualitatibus cum directionibus & profectionibus. Si enim ad faustas directiones & profectiones aliquo in anno accedant etiā fausti transitus, effectus omni dubio procul in eum incident. Eodē modo si aduersitatem quandam minetur directio infausta, & accedant ad significatorum & promissorum loca transitus Planetarum infausti, periculum à directionis istius effectu eo anno nato erit metuendum. Si vero transitus cum directionibus pugnauerint, talis directionis effectus erit obscurior & remissior. Hoc itaq; modo transitus, perinde vt profectiones, per se quidem parum efficiunt, sed accedentes ad directiones & profectiones similes aut dissimiles, earum vim aut excitant & augent, aut diminuunt & debilitant.

Specialiter, quando per hos dies anni ac menses fausti vel infausti cognoscātur. Bona quippe directio illis potissimum anni diebus suas vires exercet, quibus à similibus transitibus iuuatur ac excitatur. Mala etiam effectum suum illis anni diebus, in quem cadit, maxime exeret, quibus per significatorum loca Planetæ maligni corporibus vel radiis malignis transeunt. Quando itaque in annum aliquem faustæ vel infaustæ directiones incidunt, aspiciantur ordine in Ephemeridibus singulorum Planetarum, in primis vero eorum, quorum directiones factæ sunt, per singulos istius anni menses & dies motus proprii, istique cum locis præcipuorum significatorum in themate conferantur, ac si hoc modo benigni Planetæ per præcipua thematis loca corporibus suis, vel radiis benignis transire deprehendantur, directionis faustæ effectus in eum mensem ac diem incident. Si maligni Planetæ corporib. aut radiis malignis hæc loca radicis obtinuerint, eo mense ac die infausta directio vim

suam

ſuam exercebit. De effectu denique tranſituum iudicando, id eſt, de qualitate inuenienda, repetantur ea, quæ de natura ſingulorum promiſſorum & ſignificatorum eorumque ſignificatis aut per ſe, aut per accidens, quæque de domiciliorum cœli proprietatibus ſingulis ſupra in directionum & profectionum doctrina dicta ſunt, illisque probe cognitis, eo, quo in illis, modo iudicium tranſituum æſtimatur. Hæc de omnibus directionis, profectionis, & tranſitus ſpeciebus dicta ſunto, ſine quibus iudicium generale ſupra traditum mancum & mutilum cēſetur. Sequitur de reuolutionibus.

## CAPVT XVIII.

### *De Reuolutionibus.*

REVOLVTIONES, id eſt, conuerſiones annuæ illud momentū temporis nominantur, quo Sol propoſito anno quocunque ad idē punctum Zodiaci reuoluitur, quod tēpore natiuitatis obtinuit. Regiomontanus problemate 30. agens de profectione, quam triplicem facit, annuam, menſurnam, diurnam, Vocabulum reuolutionis & profectionis pro eodem ſumere videtur, vt aliqui volunt, ſed cum errore illi aſcribunt, vt cuius ſententia fuerit prius de reuolutione dicere, quam de profectionibus & tranſitibus irradiationibusque agatur, quippe cum de certo reuolutionis tempore inuento de profectionis inueniendo dicat. Sunt autem plures reuoluendi modi, quorum omnium certiſſimus præcepto 23. tabularum Prutenicarum peragitur, qui tamen longiſſimus eſt, & laboris plenus, vt qui abſque multorum aliorum præceptorum cognitione abſolui non poſſit. Alium quoque tradunt ex tabulis reuolutionum Ioannis Schoneri, quem nos propter incertitudinem & miram breuitatem quoque omittemus. Quartum ex Ephemeridum tabulis, certum quoq; & omnium facilimum, quo etiam hodie plerique artifices vtuntur, perficiendum ſequentibus præceptis proponemus.

1. Ex Ephemeridum tabulis anni, cuius reuolutionem habere cupis, locum Solis thematis radicis cum gradibus & minutis inquire, eumque ſi præciſe inueneris, medium iſtius diei reuolutionis terminum conſtitue. Sin minus à loco ☉ inuento in Ephemeride cum gradib. & minutis proxime minorem ſubtrahe, obſeruatis diebus, quibus gradus & minuta reſpondent, & aggregatum erit diſtantia motus Solis in Ephemeride anni dati à motu radicis.

2. Hic motus inuentus à motu diei ſequētis in Ephemeride pro motu diur-

tu diurno istius diei inueniẽdo subtrahatur, quo postea in regulam proportionum primo loco posito, secundo integro die, tertio vero distantia motus Solis à motu radicis supra inuenta: Operatio tempus, quo distat momentum reuolutionis quæsitæ, à meridie istius diei producet, quod ad dati diei minoris meridiem additum verum momentum, quo Sol ad Eclypticæ punctum, quod in radice tenuit, reuertetur, ostendet.

3. Iuxta hoc momentum ordine singulorum Planetarum motus numera, & ex præceptis in prima parte traditis de erigenda figura cœli, thema erectum reuolutionis figura nominabitur, quod scilicet momentum per æquationem & meridianorum reductionem corrigendum, vt apparens reuolutionis momentum loco, in quo facta est natiuitas, congruens producatur. Melioris lucis gratia proponemus exemplum nostræ genituræ, reuolutionem anni 23. inquirentes.

## Exemplum.

Ad principium anni nostræ genituræ 23. sit momentum reuolutionis inueniendum, verus locus Solis in themate est 20°. 47′. ♑. In Ephemeride itaq; anni 94. in quem principium anni 23. incidit, circa diem secundum Ianuarii hic locus Solis quæratur, quem cum præcise non inueniã, proximum sumo minorem, qui est 20°. 40′. ♑. cui dies primus Ianuarii respondet; hunc ex loco Solis natiuitatis pro distantia motus Solis à motu radicis inuenienda subtraho.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Solis radicis locus | 20°. | 47′. | ♑. |
| Anni 94. I. Ianuarii | 20. | 40. | ♑. |
| | | 7. | |

Differentia est grad. o. m. 7. quibus distat motus ad meridiem diei 1. Ianuarii inuentus, à motu Solis in radice. Hunc eundem motum verum à motu diei sequenti asscripto subtraho, vt exurgat motus Solis diurnus.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 2 | Ianuarii | 21°. | 41′. | ♑. |
| 1 | Ianuarii | 20. | 40. | ♑. |
| | | 1. | 1. | |

Remanens differentia 1°. 1′. vel 61′. videlicet diurnus Solis.

Hos porro inuentos differentiæ numeros in regulam proportionum positos, per sese multiplico & diuido hoc modo:

| | | |
|---|---|---|
| h. | 24 | |
| | 7′ | |
| h.2. | 48′ | Productũ diuidendum per motum diurnum ☉.1°.1′. |

| | 1° | 1′ | |
|---|---|---|---|
| 0 | 2 | 45 | |
| ∅ | 2̸ | 4̸8̸ | |
| ∅ | 2̸ | 2̸ | |
| | ∅ | 4̸6̸ | 6̸∅ |
| | ∅ | 4̸8̸ | 4̸8̸ |
| | | 0 | 15 |

Peracta sic operatione proueniunt horæ 2.45′. quibus post meridiem 2.Ianuarii elapsis ☉ proprio motu ad eum Zodiaci locum, quem in radice tenuit, reuoluetur. Ad hoc itaque tempus videlicet annum 1594. mensem Ianuar. horam 2.45′. post M. erigatur figura cœli, hoc modo:

| | ☉ | ♑ | ☽ | ♎ | ♄ | ♌ | ℞ | ♃ | ♒ | ♂ | ♈ | ♀ | ♐ | ☿ | ♒ | ☊ | ♉ |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 2 | 21 | 41 | 8 | 26 | 8 | 51 | | 2 | 30 | 17 | 36 | 21 | 20 | 9 | 28 | 26 | 55 |
| | | | | ♍ | | | | | | | | | | | | | |
| 1 | 20 | 40 | 24 | 22 | 8 | 56 | | 2 | 16 | 17 | 0 | 20 | 5 | 8 | 45 | 26 | 59 |
| Motus diurnus | 1 | 1 | 14 | 4 | | 5 | | | 14 | | 36 | 1 | 15 | | 43 | | 4 |

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Verus locus | ☉ | 20°. | 47′. | ♑ |
| | ☽ | 25. | 59. | ♍ |
| | ♄ | 8. | 55. | ♌ ℞ |
| | ♃ | 2. | 18. | ♒ |
| | ♂ | 17. | 4. | ♈ |
| | ♀ | 20. | 7. | ♐ |
| | ☿ | 8. | 50. | ♒ |
| | ☊ | 26. | 58. | ♉ |

Thema cœli erigatur ex tabula domorum ad latitudinem 53. factam.

| | | |
|---|---|---|
| Locus ☉ 20°. 47′. ♑. | 19. | 27′. |
| Horæ reuolut. addendæ | 2. | 45. |
| Proueniunt horæ | 22. | 12. |

Hoc tempus quęratur sub titul. tempus à meridie, & proueniunt cuspides sex domorum orientalium, hoc modo.

| | | |
|---|---|---|
| X. | 1°. | ♓ |
| XI. | 5. | ♈ |
| XII. | 29. | ♉ |
| I. | 6. | ♋ |
| II. | 26. | ♋ |
| III. | 12. | ♌ |

Thema

Thema cœli conformatum ex tabula ad latitudinem 52°. sic est.



Vltimo hoc reuolutionis momẽtum redigatur in apparens per æquationem, & reducatur ad meridianum Werdensem, vbi facta est natiuitas. Competit autem huic loco æquatio & reductio in radice adhibita, quam eodem modo, quo supra factum est, tempori addo vel demo.

Tempus reuolutionis est annus 1594. D. 2. Ianuar. h. 2. 45′. P. M.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Tempus reuolutionis 94. 2. Dies Ian. h. | 2. | 45′. | P. M. | |
| Reductio | | 25. | 16. | M. |
| Tempus reductum | 2. | 19. | 44. | |
| Æquatio temporis | | 1. | 36. | M. |
| Tempus apparens Werdæ | 2. | 18. | 8. | |

## CAP. XIX.

### *De emendatione gradus Horoscopi.*

AD tempora futurorum euentuum per directiones recte inuestiganda, necesse est momentum editi infantis certe & exacte notum esse debere, vt gradus tempore natiuitatis ascendens vere inueniatur, & haberi possit. Gradu enim non recte cognito, non tantum in generali futurorum euẽtuum productione, verum multo magis in locorum apheticorum directionibus aliquem hallucinari necesse est. Cum vero de vero temporis momento, quo ex vtero natus infans egressus est, sępe dubitatur, quippe cum horologia, quorum adminiculo tempora notamus, sæpe fallant, quod aut negligenter à constitutis ministris regantur, aut sua quoque natura inæqualiter moueantur: Astrologicarum rerum artifices hæc vnica cura exercuit, quomodo illud æstimatum & ab obstetricibus signatum temporis momentum corrigerent, & ad verum quã proxime reducerent, ad quod postea gradum ascendentis exactius supputare possent. Huius autem emendationis modi perquam plurimi sunt excogitati. Primus, & omnium certissimus, per aliquod instrumentũ Geometricum, vel per Astrolabium, cuius vtilitas est in Astrologia amplissima, vel per instrumentum quadrantis absoluitur, quo obseruato diurno tempore Solis, nocturno vero stellæ alicuius, præsertim primæ vel secũdæ magnitudinis altitudine, verum natiuitatis momentum exploratur. Cum vero rarissime homines horum instrumentorum vsum intelligãt, neque etiam semper ad manus sint, nec etiam artifices adsint, qui tempus exitus infantis ex vtero materno exacte obseruare possint, aliis modis vtuntur, quorum aliqui sunt minus certi, quippe longissime interdũ nos ab æstimato natiuitatis tempore abducentes, ita vt pene impossibile sit per eos momentum egressus infantis ex aluo materno reperire. Aliqui vero certiores, quorum alter est Ptolomęi, alter Hermetis. Ptolomęi, qui ab eo describitur lib. 3. Prędictionum Astrologicarum, perficitur per Planetam, qui in ☌ vel ☍ gradu luminarium natiuitatem proxime antecedentis dominium ratione domus obtinet, ac ab Arabibus Anymotar nominatur.

Hermetis absoluitur, quando per conceptionem seu minuta normæ fœtus in vtero gradus ascendens rectificatur. Cum itaque hi modi sæpissime fallant, ab artificibus nostri seculi his omnibus præfertur sequens modus, qui per insigniora quædam nati accidentia fausta vel infausta absoluitur: Estque hic, vt experientia ostendit, firmior ac certior, rationesque

que habet meliores. Quare de illo nos breuiter aliquid, neglectis reliquis omnibus, dicemus. Fit autem tripliciter. 1. Per directiones Horoscopi ad suos promissores, quibus fausta vel aduersa nato accidentia incerto annorum numero decernuntur. 2. Per profectiones Horoscopi ad suos promissores. 3. Per transitus Planetarum super gradum Horoscopi. Horum vero trium perfectissimus modus est directionis, reliqui duo sunt debiliores & minus certi, fit tamen interdum, vt omnes tres coincidant, & eundem Horoscopi gradum producant, & tum maior est certitudo, quando vero discrepant, directionis modus reliquis est anteponendus.

## CAPVT XX.

### *De emendatione gradus Horoscopi per directiones.*

IN operatione per directiones gradus Horoscopātis ad suos promissores, si rectificare ascendens & corrigere æstimatū tempus volueris, hoc modo procedendum est. 1. Habeas aliquot annotata accidentiū tempora, quæ isti homini, cuius thema corrigere vis, cōtigerunt, in annis, mensibus, ac, si fieri potest, diebus. 2. Æstimatum ascendens per doctrinam antea traditam ordine ad suos promissores dirige, & animaduerte, an illis annis, mensibus ac diebus peruenerit ad promissores tales Horoscopus, qui accidentia ista ciere potuerunt, vt si fuerit accidens Saturninū, veluti febris quartana, Melancholia, dentium dolor, catharrus frigidus, mœstitia insignis, ac dolor animi, casus ab alto, & vide an horoscopus eo anno ad corpus ♄ vel radium eius malignum pertingere potuerit. Si Ioniale accidens, vel Martiale, vel aliud aliquod, ex significatis Planetarum supra ostensis videre est, vt augmentum insigne honorum aut diuitiarū, promotio nati ad officium aliquod publicum, cōsidera an ♃ eo anno ac die, quo natus ad honores euectus est, corpore vel benigno radio horoscopo occurrerit. Sic Martialia accidentia sunt, iracundia, rixæ, contentiones, bella, pugnæ, insidiæ, vulnera, ac læsiones corporis, incendia, febres tertianæ, dysenteria, aurium dolores, apostemata feruentia. Si horum aliquod natus malorum est perpessus, vide, an ad ♂ corpus, vel radium hostilem Horoscopus eo anno peruenerit, & sic de reliquis. Quādo itaque eo tempore, quo prosperum vel aduersum natus est perpessus accidens, inueneris Horoscopum directionis via ad accidentis istius promissorem peruenisse, æstimatum tempus verum erit natiuitatis momentum, nec vlteriori gradus ascendentis rectificatione opus erit. Si vero Horoscopus eo tempore præcise per directiones ad promissorem istius

accidentis non peruenerit,sed volente eum,vel post constiterit, æstimatum tempus falsum esse scias,& hoc modo corrigendum.

Ab ascensione obliqua promissoris istius accidentis supputata in eleuatione loci, vbi facta est natiuitas, subtrahe gradus & minuta, quæ debentur annis, mensibus & diebus, elapsis à momento natiuitatis vsque ad momentum istius accidẽtis,residuum post subtractionem erit ascensio Horoscopi obliqua vera, cui postea ex tabula ascensionum obliquarum correspondens arcus Eclipticæ quæratur, qui erit verus gradus ascendens. Gradus autem & minuta, quæ tempori à natiuitate vsque ad accidentis momentum elapso congruunt, facile colliges, si pro singulis annis gradum, pro singulis mensibus singula scrupula quinque prima, pro diebus sex vnum scrupulum sumpseris. Ascensione obliqua Horoscopi cognita facile reliquum totum thema colligere poteris. Si enim ex ea 90°. subtraxeris, produces A R. M. C. & hoc modo iuxta regulas de erigenda figura cœli traditas figuram rectificatam absolues. Peracta sic Horoscopi gradus emendatione,illud quoque momentum, quo infans ex vtero matris est egressus,facilimẽ inuenitur,hoc modo.

Differentiam ascensionum obliquarum veri seu rectificati, & æstimati Horoscopi per subtractionem minoris ascensionis à maiori quære. Hanc in tempus conuerte,sumendo pro singulis æquatoris gradib. quatuor minuta horæ,pro 15'.æquatoris vnum minutum horæ, pro vno æquatoris minuto 4'' horæ: differentiam in tempus conuersam vel adde ad tempus æstimatum,vel ab eodem subtrahe. Adde,quãdo ascensio obliqua veri Horoscopi maior est, quam ascensio obliqua Horoscopi æstimati: subtrahe quando ascensio obliqua Horoscopi veri minor est ascensione obliqua Horoscopi æstimati,& verum natiuitatis momentum produces.

Exempli gratia.

Nascitur quispiam anno 1537.Mart.die 11.h.6.30'.A.M. tempore indicato seu æstimato,cuius hæc est figura.

Cupio



Cupio ſcire,an momentum ab obſtetrice indicatum ſit verum illud momentum, quo infans in hanc lucem ſit editus. Elapſis ab ineunte ætate,ſiue ab annis natiuitatis,annis 35.diebus 115. Ex tabula radiationum ad hanc natiuitatem accommodata iuxta æſtimatum tempus video Horoſcopo obuiaturum eſſe □ maleficum malefici Planetæ ♄. & quidem dextrum,conſtituti in 2°.31′.♊.iuxta regulas paulo ante traditas Horoſcopum dati thematis æſtimatum dirigo ad hunc ♄ aſpectum □ maleficum,ad cognoſcendum, an anno 36. currente Horoſcopus ad eum peruenerit.

Tabula

## TABVLA RADIATIONVM.

| C M. | ♈ | ♉ | ♊ | ♋ | ♌ | ♍ | ♎ | ♏ | ♐ | ♑ | ♒ | ♓ |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 0 31 | ☉ | | ✶ | □ | △ | | ☍ | | △ | □ | ✶ | |
| 2 31 | | △ | □ | ✶ | | ♄ | | ✶ | □ | △ | | ☍ |
| 6 20 | | ♀ | | ✶ | □ | △ | | ☍ | | △ | □ | ✶ |
| 15 25 | | ✶ | □ | △ | | ☍ | | △ | □ | ✶ | | ♂ |
| 18 27 | ☿ | | ✶ | □ | △ | | ☍ | | △ | □ | ✶ | |
| 21 15 | ♃ | | ✶ | □ | △ | | ☍ | | △ | □ | ✶ | |
| 27 11 | | ✶ | □ | △ | | ☍ | | △ | □ | ✶ | | ☽ |

| | | | |
|---|---|---|---|
| A. obl. □ ♄ | 31°. | 29′. | |
| A. obl. Horoſcopi | 7. | 38. | |
| Directio | 23. | 51. | |

Directio quæſita 23°.51′. Proueniunt tantum 23. anni, 10. menſes & 6. dies, quo ætatis tempore Saturninum malum natus nullum eſt perpeſſus, ſed anno demum ſequente 36. currente quartana eſt febre correptus, quæ eſt Saturninum accidens. Anticipat ergo directio, quod indicio eſt tempus æſtimatum non eſſe verum momentum infantis editi. Inſtituo ergo correctionem directionis hoc modo. Annis 35. completis debentur 35°. Præterea 115. diebus reſpondent 19′.10″. Hos igitur 35°.19′.10″ qui debentur tempori elapſo ab initio natiuitatis ad propoſitum accidens, ſubtraho ex aſcenſione promiſſoris obliqua, ſeu □ Saturni, accommodatis 360°, ſi ſubtractio fieri nequeat.

| | | | |
|---|---|---|---|
| A. obl. □ ♄ | 391°. | 29′. | 60″. |
| Grad. & min. temporis | 35. | 19. | 10. |
| Aſc. obl. horoſc. vera | 356. | 9. | 50. |

Remanet aſcenſio obliqua vera, cui ex tabula aſcenſionum obliquarum 52°. reſpondent 20°. 56′. ♓. cuſpis nimirum Horoſcopi ſeu gradus aſcendens verus tempori natiuitati congruens. Iam ab aſcenſione obliqua Horoſcopi 356°.9′. ſubtraho 90°. & remanent 266.9′. A R. M. C. ad quam

quam adiectis quinquies 30°. proueniunt quinque ſequentium orientalium domorũ aſcenſiones obliquæ, iuxta quas gradus Eclypticæ reſpondentes quæſiti exhibent thema cœli ſequens.




Habita hoc modo vera Horoſcopi aſcenſione, pro inueſtigando vero natiuitatis momento ſic procedo. Inquiro per ſubtractionem differentiam inter aſcenſionem obliquam æſtimati, & aſcẽſionem obliquam veri Horoſcopi.

| | | |
|---|---|---|
| A. obl. æſtim. | 367. | 38. |
| A. obl. vera | 356. | 9. |
| Differentia | 11. | 29. |

Hæc conuerſa in tempus dando 44′. 1″. horæ ſubtrahendæ à tempore æſtimato, quoniam directio anticipat.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Tempus æſtimatum | D. 11. | H. 6. | 30′. | A.M. |
| | | | 44. | 1. |
| Verum natiuitatis momentum | D. 11. | 5. | 45. | 59. A.M. |

## CAPVT XXI.

*De correctione gradus Horoſcopi per profectiones.*

PER profectiones, intellige annuas, gradus Horoſcopi ad ſuos promiſſores fere eodem modo verum natiuitatis momentum inueſtigatur. 1. In directionibus habeas annum, menſem & diem alicuius accidentis. 2. Ex tabula profectionum annuarum conſidera, an eo anno, menſe, dieque Horoſcopus per profectiones ad ipſius accidentis promiſſorem pertingere potuerit, quod ſi inueneris, æſtimatum tempus erit verum natiuitatis momentum; ſin minus, falſum erit, & hoc modo corrigendum. Collige dies, qui intermedii ſunt inter natiuitatis & accidentis diem, hos per 6. multiplica, vt ſextæ dierum prodeant, quæ tandem per 73. diuiſæ, (nam 73. ſextæ dierum, id eſt, dies & vna ſexta diei in annuis profectionibus vnum Zodiaci gradum conſtituunt, quando videlicet 365. diebus per 30. Zodiaci partes ſignificator progreditur) producunt gradus & ſcrupula remanentia, quæ à loco promiſſoris ſubtrahe, & produces verũ gradum & minutum Horoſcopi, habito vero gradu Horoſcopi, reliquum thema & tempus etiam natiuitatis facile corrigere poteris. Hunc modum rectificationis proprio exemplo declarat Schonerus, quod cum ſit admodum euidens, ſubiungere placet. Natus eſt Schonerus anno 1477. D. 16. Ian. H. 11. P. M. ſub eleuatione 50°. Anno ætatis 58. currente ſub eius finem primo die Ianuarii caſum fecit ab alto, cuius cauſa eſt ♄ in ♌ ℞. in M. C. Per hoc igitur inſigne accidens ipſe Schonerus ſuum thema rectificauit, hoc modo:

Ab initio anni vſque ad diem huius accidentis numerauit 349. dies, hos per 6. multiplicauit, prouenerunt 2094. his per 73. diuiſis produxerũt 28°. 50′. Hi gradus & minuta à loco ♄ promiſſoris ſubtracti reliquerunt verum gradum aſcendentem 21°. 42′. ♎.

## CAPVT XXIII.

*De correctione gradus Horoſcopi per tranſitus.*

PER tranſitus eodem modo rectificatur aſcendens. Habeas in promptu momentum alicuius accidentis boni vel mali. Deinde ingredere Ephemeridum tabulas iſtius anni, menſis ac diei, quærens, an Planeta iſtius anni ſignificator iſtius accidentis per Horoſcopi gradum tranſeat,

aut

aut aliquo aſpectu vel bono, vel malo, pro ratione iſtius accidentis eum feriat. Si hoc accidit, ipſum Eclipticæ punctum, in quo is Planeta conſtituitur, ſeu quod benigno vel maligno radio aſpicit, eſt verus Horoſcopi gradus. Sed vt tranſituum effectus minus, quam directionum aut profectionum euidens eſt, ita minus etiam certa ex his tranſitibus correctio temporis æſtimati inſtitui poteſt.

*FINIS.*

## Errorem preli ſic corrige.

*Scrupula dierum iuxta tempus reductum ſunt vt ſupra fol. 7. verum ſecundum tempus reductum & æquatum ſunt 39'. 54''. 0'''. Iuxta hæc inueniuntur loca Planetarum, vt fol. 9.*